

N. Inv. 770.

770

Quodlibeta S. Thomae

[illegible]

rex machina celestium terrestrium

et infernorumque condita flectat genua

iam subdita tremunt et inclinantes




1.

Istum librum dedit magister Laurencius de
Rathibor professor sacre theologie, pro libra-
ria magistrorum In quo continentur Quotlibeta
beati Thome de Aquino Epistola Eusebii
ad Portuensem etc. Epistola Augustini ad
Cirillum etc. Epistola Cirilli ad Augustinum etc.
Omnes isti tractatus de vita et miraculis
sancti Jeronimi Tractatus domini de auctoritate
Concilii Dno titatus con, ... regni Bohemie

Item dubitans de aliquo an
sit peccatum mortale et si faciet illud
peccet mortaliter. Respondeo in quolibet Bur.
de Aulia. Duobus modis obligatur
aliquis ad peccatum. Uno modo faciendo
contra legem ut cum quis furatur
vel fornicatur. Nam peccatum est
secundum Augustinum de dictum factum vel con-
cupitum contra legem. Ut si confra-

Alio modo faciendo contra conscientiam

ter dicat alicui quod reservare barba
vel levare festucam sit peccatum mor-
tale durante cum tali conscientia si
faciat peccat mortaliter quia quantum
in se est contempnit observare
legem dei. Multa enim sunt peccata
quia prohibita que alias non essent pe-
ccata. Illud ergo quod agitur contra legem
dei semper est malum non excusatur
per hoc quod est secundum conscientiam. Sed quod est
contra conscientiam semper est malum quamvis
non sit contra legem. Quod autem non est contra
conscientiam nec contra legem non potest esse
peccatum. Cum ergo occurrit aliquid
dubium utrum aliquid est contra legem
aut non. Si sit tale faciendo peccat. Id est
quia in talibus ignorantia non excu-
sat. Si non est contra legem dei tale talis
habet conscientiam de contrario et tale si fa-
ciat id est peccat utpote contra conscientiam
faciendo quamvis non sit contra legem. Aut
non habet conscientiam de contrario sed dictu-
diversis inducitur pro et contra ut per alias
in quadam dubitatione. Et tale
manente tali dubitatione faciendo
id est exponit se discrimini in hiis
que pertinent ad salutem. Et ideo peccat
ut pote magis animas bonis tem-
poralibus quam propriam salutem in tali
cum tamen locum habet illud Gregorii bo-
narum mentium est ibi peccatum agnos-
cere ubi peccatum non est. Si autem
in nullam inducitur dubitationem
faciendo id est non exponit se di-
scrimini et ideo non peccat



et alia q̃
refertur
ad m̃em

Quotlibeta b. Thome de Aquino

1m

Quesitum est de deo / angelo et homine. De deo quesitum est primo prima
quantum ad divinam naturam, 2o quantum ad naturam humanam assumptam.
Quantum ad divinam naturam quesitum est utrum beatus Benedictus in visione
qua vidit totum mundum divinam essentiam viderit, sicut videbatur Gregorius dicere cum
de hac visione loquens: Anime videnti deum angusta sit omnis
creatura. Sed videns deum est videns divinam essentiam. Sed ibidem subdit Gregorius quod
totum mundum vidit in divino lumine. Sed non est aliud lumen vel claritas
dei quam ipse deus, ut Gregorius dicit. Et hoc est in glossa Exo. xxxiii super illud
Non videbit me homo et vivet. Ergo beatus Benedictus vidit deum per essentiam.
Sed contra est quod dicitur Joh. 1o Deum nemo vidit unquam, ubi dicit glossa
quod nullus in mortali carne vivens dei essentiam videre potest. Responsio dicendum quod
corruptibile aggravat animam, ut dicitur Sap. ix. Summa autem elevatio mentis
humane est ut ad divinam essentiam videndam pertingat. Unde impossibile est ut
mens humana dei essentiam videat, ut Augustinus dicit xii super Gen. ad litteram, nisi
huic vite mortali funditus homo moriatur vel sic alienetur a sensibus ut nes-
ciat utrum sit in corpore an extra corpus, sicut de Paulo legitur ad 2 Cor. xii.
Beatus autem Benedictus quando illam visionem vidit non huic vite funditus mortuus
erat nec a corporis sensibus alienatus, quod patet per hoc quod dum adhuc in eadem
visione persisteret, alium ad idem videndum advocavit, ut Gregorius refert.
Unde manifestum est quod dei essentiam non vidit. Ad primum ergo dicendum quod Gregorius
ex quadam proportione angustie intendit in verbis illis. Si enim videntes dei
essentiam in eius comparatione totam creaturam reputant parvam quod ad videndum, non
est mirum si beatus Benedictus per lucem divinam ad amplius videndum potuit
quam homines communiter videant. Ad secundum dicendum quod lumen dei quandoque dicitur ipse deus,
quandoque vero aliquod lumen divinitus ab ipso, sicut illud Ps. In lumine tuo videbimus lumen.
Hic autem accipitur pro lumine divinitus a deo.
Deinde querebantur duo circa naturam humanam assumptam. Primo utrum fuerint in Christo una fi- 2a
liatio qua refertur ad patrem et matrem, an due. 2o de morte
Christi utrum in cruce mortuus fuerit. Ad primum sic proceditur. Videtur quod in
Christo sint due filiationes. Multiplicata enim causa relationum multiplicantur
relationes. Generatio autem est causa filiationis. Cum igitur sit alia generatio qua Christus natus est
eternaliter a patre, alia qua natus est temporaliter a matre, erit et alia filiatio
qua refertur ad patrem [et alia que refertur ad matrem]. Preterea quidquid recipit ex tempore dicitur absolute absque sui mutatione,
multo magis absque sui mutatione potest recipere temporaliter aliquam proprietatem
relativam. Sed filius dei ex tempore recepit aliquid absolute absque sui mutatione,
quia super 1o Luc. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur, dicit Ambrosius:
Non ideo erit magnus quia ante partum virginis magnus non fuit, sed quia potentiam
quam dei filius naturaliter habet homo erat ex tempore accepturus. Ergo multo magis
ex tempore potuit accipere dei filius absque sui mutatione novam filiationem
ut sic ei conveniant due filiationes, una eterna, alia temporalis.
Sed contra. A quo aliquid habet quod sit tale, ab eius unitate habet quod sit unum tale, sed
a filiatione aliquid habet quod sit filius. Ergo una filiatione est unus filius et non duo.
Ergo in Christo non sunt due filiationes sed una tantum. Responsio dicendum quod relationes differunt
in hoc ab omnibus aliis rerum generibus, quia ea que sunt aliorum generum ex ipsa ratione

sui gnis hnt q sint res nae, sicut qntitates ex rone qntitatis et quali
tates ex rone qualitatis. Sz relones no hnt q sint res nae
ex rone sui ad altum. Inueniunt eni quedam res q no st reales sed
roales tm, sicut scibile refert ad sciam no ali reali relone
i scibili existente s3 pos qz scia refert ad ipm s phm i 5o metha.
Sz rlo ht q sit res nae ex sua ca p qua vna res nalem or
dinem ht ad altam. Cuiquid nalis z realis ordo e ipa relo.
Vn dextre z sinistre i aialibz st reloes reales qz gsr quasda
nales rtutes. In columpna aut st ro res tm s ordine alis
ad ipam, ex eod at ht ad q sit ens z q sit vnu z io quit
q sit vna relo real tm pp vnitate ce sic pz de qntitate pp vna
eni qntitate i vno cor vna est equalitas tm quuis sint res
multe s quos diuis corpibz dr equale. Si at s oms ias res
multiplicaret realr reloes i vno cor sequeret q i vno
ecut actia infinita vl indetermiata. Et silr magis est vna
reloe mgri om quos id docet quuis sint multi res. Sic
ecia z vnus ho s realem filiacom vna est filius pris sui et
mris qz vna natiuitate vna nam ab utroqz accepit. Secundo
igr hac rom vir dedu q alia sit filiaco realis i xpo qua
refert ad prem z alia qua ht a mre. Sz ga vo refort sim.
Hc eni est rlir tenendu q na rlo dei ad catura realr i deo
existit s3 est rs rois tm qz deus est sup omne ordine cate
et mesura omis cate a qua depedet omis cata z no e eo
multo magis qm hic queniat scibili cu scie i quo pp has cas
no est rlo real ad sciam. Est at cosid q sbin filiacois no
est na vl nae ps aliqua. No eni dis q huanitas sit filius vl
caput vl oculus i xpo a ponimur ad n vnu suppon z
vna ypostasim sit z vna paz q e suppon etiunt i qo nulla
rlo real ad catura ce pt ut iam dtm est. Vn relinquit
q filiaco qua xs refert ad mrem est rs rois tm nc pp hc
se q xs no sit realis filius rgis. Sicut eni deus realr e dns
ppr reale pom qua cotinet catura, sic realr est filius rgis
pp reale nam qua accepit a mre. Si at i xo ecut plura sup
posita dz i xpo poni duas filiacoes. Sz reputa hc erroneu
Et i gcilijs me dampntu. Vn dico q i xo e vna rlo real
tm qua refert ad prem. Ad 1m go dedu q negandu no ce i xpo
realem filiacom qua refert ad mrem qz ca rlonis defiat
s3 qz defiat sbin rlonis cu no sit i xo aliqd suppon
catu vl ypostasis. Ad 2m dedu q eo mo quo ec ho accept ex
tpe dei pom eo mo accepit filiacom etia ugqum s. fcm est
ut vna eet pa dei z hois ut Ambo ibm subdit. hc at no e
fcm p ad ret absit ut relatm tpalr inhereus filio dei sed p
psonale vnionem que ret exist in na cata no at valis i ipa pa
assumpta. Quod uo i quiu obiar ucti te no ht. Dr eni aly

unus qualitas propter unitatem substantialis subiecti sed sunt multe qualitates ut color
sapor in pomo

Ad 2m sic procedebatur videtur quod xristus in cruce mortuus non fuit. Si enim 3a
fuit mortuus quia hoc fuit quia ipse animam a corpore separavit, quia propter
vulnera. Sed non primo. sic enim sequeretur quod iudei xristum non occidissent.
sed quod ipse ipsius fuit homicida quod est inconveniens. Et similiter non 2o quia mors que
accidit propter vulnera pervenit homini ad summam debilitatem pervenienti qui in xristo
non fuit quia exclamans exspiravit. Ergo xristus in cruce non mortuus fuit.
Primo natura humana non fuit in xristo debilior quam in aliis hominibus sed nullus
alius homo moritur propter vulnera manuum tam cito et pedum, vulnus autem lateris
fuit ei infixum seu inflictum post mortem, xristus ergo in cruce mortuus non
fuit cum nulla causa mortis eius inveniatur etc. Sed contra est quod dicit Johannes xixo
quod xristus in cruce pendens inclinato capite tradidit spiritum. Mors est
per separacionem anime a corpore ergo xristus in cruce mortuus fuit. Respondeo dicendum
quod absque omni dubio confitendum est xristum in cruce vere mortuum fuisse.
Sed ad videndum causam mortis eius considerandum est quod cum xristus fuit deus
et homo eius subordinatur potentia quod quod pertinet ad humanam naturam in xristo ergo in
aliis puris hominibus non contingit. Voluntati enim corpus non subiacet que
naturalia sunt. unde hec causa assignatur quare anima xristi simul patiebatur et fruebatur
eo volente hic sequitur ut non fieret redundancia a superioribus viribus in
inferiores ne impedirent superiores virtute quam a suo actu propter passionem
inferiorum quod in aliis hominibus contingere non potest propter naturalem coniunctionem predictam
ad invicem. Et similiter in proposito est dicendum. Mors enim violenta accidit ex
hoc quod quamdiu natura resistere potest tam diu mors retardatur, unde in quibus
natura est fortior ex equali causa tardius moriuntur. Erat autem in potestate voluntatis
xristi quod natura resisteret tormento illato et quando cederet, unde eo volente natura
restitit nocumento illato usque ad finem plus quam in aliis hominibus posset
ita quod in fine post multam sanguinis effusionem quasi integer viribus exclamavit
voce magna, et statim eo volente natura cessit et tradidit spiritum et hoc
ut se dominum nature et vite et mortis ostenderet, unde hoc admirans centurio
dixit vere hic homo filius dei erat. Sic ergo et iudei xristum occidunt
nocumentum mortiferum inferentes et cum hoc ipse animam suam posuit
et tradidit spiritum quia quando voluit natura nocumento illato totaliter cessit
nec tamen culpandus est quasi sui homicida. Est enim corpus propter animam et non
e converso. unde iniuria fit anime cum propter nocumentum corpori illatum de corpore
expellitur quasi naturalem appetitum anime, sed forte non propter depuratam voluntatem
ut se mortificientes. Sed si anima in sui potestate haberet recedere a corpore quando
vellet et iterum advenire non maioris esset culpe si corpus deserit
quam quod habitator deserit domum culpe tamen est inde si expellatur viribus
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde querebatur duo de angelis utrum angelus dependeat a
loco corporali secundum suam essentiam an sit in loco secundum operacionem tantum. 2o de motu
angeli utrum possit moveri de extremo in extremum sine medio.

xa Ad primum sic procedebatur videtur quod angelus non sit in loco per operationem tantum/
prius est enim esse quam operari, ergo prius est esse in loco quam operari in loco/
Sed posterius non est causa prioris. ergo operari in loco non est causa quare angelus sit in loco/
Praeterea duo angeli possunt operari in uno loco/ Si igitur angelus esset in loco solum per
operationem sequeretur quod plures angeli essent simul in uno loco quod reputatur
impossibile/ Sed contra Nobilius non dependet ab ignobiliori, sed esse angeli
nobilior est quam locus corporeus ergo non dependet a loco corporeo/ Respondeo
dicendum quod qualiter angelus sit in loco corporeo considerari potest ex modo quo corpus
est in loco, Est enim corpus in loco per contactum loci/ Contactus autem corporis est
per quantitatem dimensivam quae in angelo non invenitur cum sit incorporeus/
Sed loco eius est in eo quantitas virtualis Sicut igitur corpus est in loco per contactum
dimensivae quantitatis/ Ita angelus est in loco per contactum virtutis/ Si quis autem
velit virtutis contactum per operationem nominare propter hoc quod operari est proprius effectus
virtutis dicatur quod angelus est in loco per operationem ita tamen quod per operationem
non intelligatur sola motio sed quaecumque unitio qua sua virtute se corpori unit
praesidendo vel continendo vel quocumque alio modo/ Ad primum igitur dicendum quod nihil
prohibet ad esse prius aliquo simpliciter quod non est prius quantum ad hoc sicut corpus
sphericum est simpliciter prius superficie, sed non quantum ad hoc quod est coloratum et sic
prius simpliciter est corpus quam tactus tamen est in loco per contactum dimensivae quan
titatis, et similiter angelus per contactum virtutis/ Ad secundum dicendum quod si ad mo
perfecte ab uno motore non conveniret ei ut ab alio simul immediate
moveatur, unde magis valet ad oppositum eius quam ad propositum/

yta Ad secundum sic procedebatur videtur quod angelus non potest moveri de extremo in
extremum quin pertranseat medium/ Omne enim quod movetur prius est in mutari
quam in mutatum esse. ut probatur in vi physicorum. Sed si angelus movetur de extremo in
extremum puta de a in b cum est in b est mutatum esse ergo prius erat in
mutari sed non quando erat in a quia tunc nondum movebatur ergo quando erat in c
quod est medium inter a et b. et ideo oportet quod transeat medium/ Praeterea si angelus movetur de
a in b sine hoc quod pertranseat medium oportet quod corrumpatur in a et terminetur in b
sed hoc est impossibile quia sic non esset idem angelus. ergo oportet quod pertranseat medium
Sed contra Omne quod pertransit medium oportet quod prius pertranseat aequale Sed autem
minus ad maius ut dicitur in vi physicorum. Et ad primum apparet/ Sed non potest esse minus
spatium quam angelus qui est indivisibilis ergo oportet quod pertranseat aequale
quod est locus indivisibilis et punctabilis/ Infinita autem puncta sunt inter quoslibet
duos terminos motus/ Si igitur necesse esset quod angelus in suo motu pertrans
iret infinita quod est impossibile/ Respondeo dicendum quod angelus si vult potest mo
veri de uno extremo ad aliud absque hoc quod pertranseat medium/, et si
vult potest pertransire omnia media. Cuius vero est quia corpus est in loco con
tentum ab eo et ideo oportet quod in motu sequatur loci conditionem ut scilicet pertranseat
media prius quam ad extrema perveniat. Sed cum angelus sit in loco
per contactum virtutis non subditur loco. unde non habet necesse ut sequatur in
suo motu conditiones loci, sed voluntati suae subest quod applicet se per con
tactum virtutis huic loco et illi, et si vult absque medio, sicut et intellectus potest

applicari intellectione uni extremo puta albo et post ea nigro, in diversis instantibus vel
cogitando vel cogitando de mediis coloribus, quamvis corpus subiectum colori non
possit moveri de albo in nigrum nisi per media. Ad primum ergo dicendum quod verba
philosophi et eius probationes locum habent in motu continuo, sed motus angeli non oportet quod sit
continuus, sed ipsa successio applicationum predictarum motus eius dicitur, sicut et
successio cogitationum vel affectionum dicitur motus spiritualis, secundum Augustinum
viii super Genesim ad litteram. Ad secundum dicendum quod hic non accipit pro corporeitate
angeli aut nova creatione, sed quia eius virtus supereminet loco. Ad illud
vero quod in contrarium obicitur dicendum quod angelus non est in loco per commensurationem
sed per applicationem sue virtutis ad locum, que quidem esse indivisibilis et ad locum
divisibilem et ad indivisibilem. Unde patet quod motus sit ad in loco divisibili existens
continue incipiendo spacium, si quod non in loco indivisibili, tunc non patet eius motus
esse continuus nec pertransire omnia media.

Deinde querebatur de homine. Et primo quantum ad bonum nature, secundo quantum ad
bonum gratie, tertio quantum ad bonum glorie. Circa primum querebantur tria.
Primo de unione anime ad corpus, utrum scilicet anima adveniente corpori corrumpantur
omnes forme que prius inerant et substantiales et accidentales. Secundo de
potestate liberi arbitrii, utrum scilicet homo absque gratia possit se ad gratiam preparare. Tertio de
dilectione naturali, utrum scilicet homo in statu innocentie dilexit deum plus quam
omnia et super se ipsum.

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod per adventum anime non excludantur omnes
forme que prius inerant. Dicitur enim Genesis primo: Formavit deus hominem
de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Sicut ergo for-
mavit corpus sine inspirando animam formam quam formando videbatur ex-
cludere, non ergo adveniente anima tolluntur omnes forme precedentes.
Preterea necesse est quod anima sit in corpore formato et disposito multis dispositionibus.
Si igitur adveniens anima omnes precedentes formas et dispositiones amo-
veret, sequeretur quod in instanti anima totum corpus formaret, quod videtur esse aliquid di-
Preterea anima non est nisi in corpore mixto, sed mixtio elementorum non fit solum secundum materiam
sed etiam secundum formam, alioquin esset corruptio. Ergo anima non excludit omnes formas
in materia inventas. Preterea anima est perfectio, perfectionis autem non est corrumpere
sed perficere. Non ergo adveniens corpori corrumpit formas preexistentes.
Item quamvis omnis forma adveniens existenti in actu est forma accidentalis.
Forma enim substantialis facit esse actu simpliciter. Item si anima adveniens
non destrueret preexistentes formas sed eis adderetur, sequeretur quod ad-
veniret existenti in actu, quia quelibet forma cum sit actus facit esse in actu.
Ergo anima adveniens excludit formas preexistentes. Respondeo dicendum quod est impossibile
in uno et eodem esse plures formas substantiales, et hoc ideo quia ab eodem habet res esse
et unitatem. Manifestum est enim quod res habet esse per formam, res habet unitatem et propter
hoc unaqueque res in qua est multitudo formarum non est unum simpliciter,
sicut homo albus non est unum, nec animal bipes esset unum simpliciter si ab
alio esset animal et ab alio esset bipes, ut philosophus dicit. Item sciendum est quod forme
substantiales se habent ad invicem sicut numeri, ut dicitur in viii metaphysice, vel etiam
sicut figure, ut de partibus anime dicit philosophus in ii de anima. Species enim maior numerus vel figura

vtute cotinet i se minore sicut qnaig quatnaru et pentagong pen
tetra tagoni Et silr pfcor forma vtute cotinet i se impfciore pt
maxime i aialib pz Aia em intellua ht vtute ut confat cor
huano q qz cofert sitia i bruts Et silr sitia facit i aialib
qs intritia i plants z adhuc amp ffruste i cet i homie aia a
sitia pt intellua ex quo aia intellua vtute cotinet sitiua
z adhuc amp Sicut frustra addet qternaig posito quinario
Et eadm ro est de omib formis sbalib usq ad nm pma Ita q
no e i hoie diusas formas sbales incure s vnm sz solu s vnm
Sicut cosidamg eu viuente p aiam nutritiua et ut sencicte
p aiam sitiua zcys Manifestu at est q sp aduemente for
pfca tollit for impfca sic z aduenieente fia pentagoni tollit
fia quadrati pn dico aduenieente aia hua tollit for sbalis
que pus inerat alioqn gnio vnig eet sine corrupcoe altig
q est impgle fforme ao actidetales que pus inerat dispo
netes ad aiam corpu no quid p se sz p actus ad corpo
sbi pn manet eede spe sz no eede uuo Sic z cotingit cia
dispones formarp elariu que pmitg me aduenie appent
Ad pm go ddm s basiliu spiraculu uite dr ibi gra spc sit
zc cessat obico Si at ut Augg dt spiraculu uite est ipa aia
no oportebit dice q aa for fortu sit corp hois de limo tre
qm ipo spiaculo dimitg inspirato No em illa formaco tpe p
cessit inspiracom nc forte velmg dice illa forcom refiri
ad dispoicos actiles pu fiaz z aa hg que quoda ordine
pintellur i core an aiam intua sit naales dispones quig ty
pintellur ipa aia intua no inqm e intua sz inqm cotict
i se vtute qtz de impfcoib formis Ad 2m ddm q aima
cu aduenit corpi no facit ee corp effime sz forlr tm effime
Aut facit corp ee id quod dat corpi form ut pficiens sz dis
poicos ut id quod popat ad form paulati z ordine quoda
indudo nm ad pinquiore form ad dispoicom Q2nto em
pinquior fuit forma ad dispoico tato minor est resisten
ad introductom for z dispoms coplete Facilig em fit
ignis ex aere qm ex aqua qmuis utroq inmete forma
assit me Ad 3m q aim po fors elarp actu remane in mixto
dom q no pt ee qz for elarp no pnt eet i vna pte me sit
zcoz q sint i duis me ptib que dystinguur s dimesine qtitis
duusiom zc optebit q ul plua cor sint simt ul q no sit
mixco va totig ad totu sz mixco ad sim s minima nix se poi
Aucrrois at i cometo de loco dt q fore elarp sint medie
me fors actules z sbales z q recipiut magis z mig zc fors
elarp remiss z quodamo ad meu redacts quoda fit mixco
sz hc mig pgle e qm pm Na for sbalis e tis quid ee speci

unde non indivisibile est et ideo forma est numerus et sicut numero est opposicio ut intendatur et remittatur
sed omnibus addito et subtracto facit aliam speciem. Et ideo aliud est dicendum secundum philosophum
in primo de generatione quod forme mixtibilium non manent in mixto actu
sed virtute puta secundum virtutes formarum substantialium manent in qualitatibus elementorum sed re
missa et quasi ad medium redacta. Qualitas enim elementaris agit in virtute
forme substantialis aliogquin accio que est per calorem ignis non terminaretur
ad formam substantialem. Ad secundum dicendum quod anima cum sit forma est quedam perfectio
participabilis non autem vilis et ideo ea advenientie sic ad perficiendum ut cum a 1ma
Ad 2m sic procedebatur. Videtur quod homo absque gratia corrumpitur
per solam naturalem arbitrii libertatem possit se ad gratiam preparare
Quemadmodum dicitur prouerbiorum xvi hominis est parare animum. Sed autem dicitur esse aliquid quod est
in eius potestate constitutum ergo in potestate hominis constitutum est se ad gratiam
preparare. Non ergo indiget ad hoc auxilio gratie. Preterea Augustinus dicit in libro de
causa divina quod non ideo aliquis caret gratia quia deus non vult dare sed quia ipse non
vult accipere potest ergo si vult se ad gratiam preparare absque exteriori auxilio.
Sed dicebat quod homo indiget in hoc auxilio gratie quantum ad exterius mo
vens. Sed contra homo potest moveri ad conversionem non solum ex bonis sed etiam a
peccatis sicut si aliquis videat aliquem enormiter peccantem et ex horrore
peccati ad deum convertitur sed peccatum non est a deo ergo absque dei cooperatione potest
se homo ad gratiam preparare. Sed contra per hoc ad gratiam preparamur per quod ad
deum convertimur sed ad hoc indigemus auxilio divine gratie. Dicitur enim trenorum
ultimo. Converte nos deus ad te et convertemur ergo gratie divine ad hoc prius
ad gratiam impetret. Preterea ad nichilum potest se homo preparare nisi cogitando
sed ad hoc indiget homo auxilio gratie. Dicitur enim ij ad Corinthios iij. Non suf
ficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis ergo indigemus divine
gratie ad hoc quod nos ad gratiam preparemus. Respondeo dicendum quod in hac questione
cavendus est error pelagij qui posuit quod per liberum arbitrium homo poterit
adimplere legem et vitam eternam mereri nec indiget auxilio divino
nisi quantum ad hoc quod sciret quid faceret secundum illud psalmiste. Doce me domine facere volunta
tem tuam. Sed quia hoc minus parum videbatur ut solam scientiam haberemus a deo a
caritatem autem qua precepta legis implentur haberemus a nobis ideo post modum pe
lagiani posuerunt quod inicium boni operis est homini ex seipso et consensus
fidei per liberum arbitrium sed consumacio est homini a deo preparata autem ad inicium
boni operis pertinet. Unde ad errorem pelagianum pertinet dicere quod homo
possit se ad gratiam preparare absque auxilio divine gratie. Et est contra
apostolum qui dicit ad philippenses primo. Qui cepit in nobis opus bonum ipse perficiet.
Et ideo dicendum est ergo quod homo indiget auxilio gratie non solum ad merendum
sed et ad hoc quod se ad gratiam preparet aliud tamen et aliud. Nam mereretur homo per
actum virtutis cum non solum bonum agit sed bene ad quod requiritur habitus
ut dicitur in secundo ethicorum. Et ideo ad merendum requiritur habitualis gratia sed ad hoc quod homo
preparet se ad habitum consequendum non indiget alio habitu quia sic esset procedere
in infinitum. Indiget autem divino auxilio non solum ad exteriora movencia
puta secundum ex divina providencia procurantur homini occasiones salutis puta predicaciones
et cetera et interdum egritudines et flagella sed et quantum ad interiorem
motum puta deus cor hominis interius movet ad bonum secundum illud prouerbiorum xxi.

Cor regu̅ i manu̅ dei quocu̅qz voluit vertet id. Et q̄ hoc necc̄m sit
p̄bat ph̄us i quoda ca° de bona fortu̅a. ho̅ n agit voluntate̅
volu̅ms at p̄m̄ elc̄o ⁊ elc̄oib̄ consiliu̅. Si at q̄rir̄ qre ɔsiliat
incipiat. no̅ p̄t dici q̄ ex co̅silio co̅siliari incepit. q̄r sic eēt i infi
nitu̅ p̄cede̅. vn̄ oz ad exti̅g p̄m̄ eē qd moueat me̅te̅ hu̅am
ad co̅sid̄ de agendis. hoc at oz eē ad meliq̄ hu̅a me̅te. ñ o̅ i e
corp̄ celeste q̄ ē infra intellec̄ v̄tute̅. Sz deq̄ ut ph̄us ib̄i co̅
cludit. Sicut i° om̄ib̄ motq̄ inferiorꝰ corporu̅ que no̅ ꝑ se mouent̄
p̄m̄ ē motq̄ celi. ita om̄i motuu̅ interiorꝰ me̅tiu̅ p̄m̄ ē a deo
mouente. Sic i° nq̄ p̄t se ad gr̄am p̄pare nec ad boni face̅
nisi p diuinu̅ auxiliu̅. Ad p̄m̄ g° d̄d̄m q̄ p̄ hoc q̄ hom̄is est se
ad gr̄am p̄pare p lib̄m arb̄m no̅ excludit̄ nec̄tas auxilii diui
sic nec p hoc q̄ ignis p̄t calefacē excludit̄ nec̄tas celestis motq̄.
Ad 2m̄ d̄d̄m q̄ deq̄ mou̅z om̄ia s̄m mo̅m ip̄orꝰ ⁊ io̅ motio̅ diuia
a quoda̅ p̄ticipat̄ cu̅ nec̄te a n̄a at r̄oali cu̅ lib̄rte. p̄p hoc q̄ v̄tq̄
r̄oalis se h̄t ad o̅ia ⁊ io̅ sic deq̄ mou̅z me̅te̅ hu̅am ad bonu̅. q̄ tn̄
deq̄ p̄t huic motoi resiste̅. ⁊c ex deo est q̄ homo se ad gr̄am p̄
parat. Sz q̄ gr̄a careat no̅ h̄t cam̄ a deo. s̄z ab hoīe s̄m id Osee xiii°.
Ex te p̄ditio tua isrl̄. tm̄mo̅ ex me auxiliu̅ tuu̅. Ad 3m̄ d̄d̄m
q̄ lz peccm̄ no̅ sit a deo tn̄ deq̄ peccm̄ alq̄ ordinat ad hoc q̄ sit
alicui salutis occ̄o.

3a A d 3m̄ sic p̄cedebat̄ vr̄ q̄ p̄mq̄ ho̅ i statu innocen̄ no̅ dilexit
dm̄ sup om̄ia ⁊ plq̄ qm̄ seip̄m. Sic em̄ dilig̃e dm̄ ē maxie
meritoriu̅. s̄z p̄mq̄ ho̅ i statu illo no̅ hu̅it vn̄ poss̄ ꝑfice̅ p mitu̅. vt
dr̄ i 29a dis. 2i li. sn̄iarꝰ. Si g° p̄mq̄ homo i statu illo no̅ dilexit
dm̄ plq̄ qm̄ seip̄m ⁊ sup om̄ia p̄ s̄c dilig̃e dm̄ ē maxima ꝑp̄atio
mentis hu̅ane ad gr̄am h̄endam. p̄mq̄ at homo i statu illo p°
gr̄am no̅ hu̅isse s̄z sola n̄alia. g° no̅ dilexit dm̄ plq̄ qm̄ seip̄z
⁊ sup om̄ia p̄ n̄a i se recurua est. q̄r s̄ om̄ia que amat retor
quet ad se. Sz p̄p̄t q̄ vnu̅qdq̄z ⁊ id magis. g° n̄ali dilc̄oe plq̄
diligebat seip̄m qm̄ dm̄. g° no̅ diligebat dm̄ sup om̄ia.
Sz co̅n̄ si no̅ diligebat dm̄ plq̄ qm̄ seip̄m. a° g° mq̄ se a° equaliter
sibi. ⁊ utroq̄z mo̅ seq̄r q̄ seip̄o homo frueret̄ de se no̅ referret
i dm̄. frui at seip̄o induat p̄uersitate̅ pecc̄i ut Augq̄ dr̄. g° p̄mq̄
homo i statu innocen̄ in q̄ erat p̄uersq̄ p peccm̄ q̄ est impossibile se
g° q̄ dilexit dm̄ sup om̄ia. R̄n̄o d̄d̄m q̄ si homo fuit creatq̄ i
gr̄a ut ex v̄bis Basilii ⁊ Augq̄ h̄ri p̄t. q̄° ista locu̅ no̅ h̄t. ma
nifestu̅ est em̄ q̄ exn̄s i gr̄a p caritate̅ diligit dm̄ s̄ seip̄m
Sz q̄r possibile fuit deo ut hoīem faceret i puris n̄alibq̄ vtile est
co̅siderare ad q̄m̄ se dilc̄o n̄alis extendere possit. Dixerunt g°
quida̅ q̄ homo uel angelq̄ i puris n̄alibq̄ exn̄s diligit deu̅
plq̄ qm̄ seip̄m n̄ali dilc̄oe s̄m amore̅ co̅cupie. q̄ s̄ bono diuo
magis frui desid̄at tq̄m maiori ⁊ suauiori. s̄z s̄m amore̅ amicie n̄a
plq̄ diligit seip̄m qm̄ dm̄. Est em̄ amor co̅cupie q° diciq̄

amare id quo volumus naturaliter frui sicut vinum ut ad hoc. Amor aut
amicicie est quo dicimur amare amicum cui volumus bonum. Sz ista po-
stare non potest dilectio enim naturalis est quedam naturalis inclinatio indita
nature a deo ut at naturale est perversum pcle est g° q aliqua naturalis inclinatio
ut dilectio sit perversa perversa at dilectio est ut ab dilectione amici diligat
plus se quam deum non potest ergo talis dilectio esse naturalis. Dicendum est ergo q diligere
deum super omnia et plus quam seipsum est naturale non solum angelo et homini
sed et cuilibet creature si q potest amare aut simpliciter aut naturaliter. Inclinationes naturales
maxime cognosci possunt in hiis que naturaliter agunt absque racionis deliberatione.
Sic enim agitur unumquodque in natura sicut aptum natum est agi. Videmus at
q unaqueque pars naturali quadam inclinatione operatur ad bonum tocius etiam
cum periculo aut detrimento proprio ut patet cum aliquis manum exponit gladio
ad defensionem capitis ex quo dependet salus tocius corporis. Unde
naturale est ut quelibet pars suo modo plus amet totum quam seipsam. Unde
et secundum hanc naturalem inclinationem et secundum politicam virtutem bonus civis mortis
periculo se exponit pro bono communi. Manifestum at est q deus est bonum
tocius universi communis et omnium partium eius. Unde quelibet creatura suo modo naturaliter
plus amet deum quam seipsum. Insensibilia at naturaliter bruta vero animalia sensitive
creatura vero racionalis per intellectualem amorem qui dilectio dicitur. Ad primum
ergo dicendum q diligere deum ut est principium tocius esse ad naturalem dilectionem pertinet
sed diligere deum prout est obiectum beatitudinis est gratuite dilectionis in qua meritum
consistit. Nec tamen necesse est ut in hoc sustineamus penam inferni dubius
q homo in puro statu non habuit graciam per quam mereri possit. Ad 2m dicendum
q naturali dilectione qua deus super omnia naturaliter diligitur potest aliquis magis et
minus uti et quando in summo fuit tunc est summa preparacio ad graciam habendam.
Ad 3m dicendum q inclinacio rei naturalis est ad duo scilicet ad moveri et ad
agere. Illa aut inclinacio nature que est ad moveri in seipsa recurva est
sicut ignis movetur sursum propter sui conservacionem. Sz illa inclinacio nature
que est ad agere non est recurva ad seipsam. Non enim ignis agit
ad generandum ignem propter semetipsum sed propter bonum generati q est forma eius
et ulterius propter commune q est conservacio speciei. Unde patet q non universaliter verum est
q dilectio naturalis sit in se recurva.

Deinde queritur de hiis que pertinent ad bonum gracie et post de hiis que
pertinent ad ipsum bonum gracie. 2° de hiis que pertinent ad malum
culpe quod ei opponitur. Circa bonum gracie queritur p° quidem de eo quod
pertinet ad omnes. 2° de hiis que pertinent ad clericos. 3° de hiis que pertinent
ad religiosos. Circa ea vero que ad omnes pertinent queritur de duabus
partibus penitencie. Primo de contricione utrum contritus teneatur velle magis
esse in inferno quam peccare. 2° de confessione. 9u

Ad primum sic proceditur. Videtur q contritus non debeat magis velle esse in
inferno quam peccare. Pena enim inferni est eterna et irremediabilis. De
peccato at liberari per penitenciam ergo magis debet velle peccare quam in inferno esse.
Preterea pena inferni includit culpam. Una enim de penis est vermis id est
consciencie remorsus de culpa. Culpa at non includit penam inferni.

ergo magis est eligenda culpa quam pena inferni. Sed contra est quod dicitur glossa in libro de similitudinibus quod aliquis magis debet eligere esse in inferno sine culpa quam in paradyso cum culpa, quia innocens in inferno non sentiet penam et peccator in paradyso non gaudebit de gloria. Respondeo dicendum quod contritus tenetur in generali velle pati quamcumque penam quam peccare, et hoc ideo quia contritio non potest esse sine caritate per quam omnia dimittuntur peccata. Ex caritate enim plus homo diligit deum quam seipsum, unde caritas hoc requirit ut qualibet pena homo contritus preeligat culpe. Sed in speciali descendere ad hanc penam vel ad illam non tenetur, quinymo stulte faceret si quis seipsum vel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus penis. Manifestum enim est quod sicut delectabilia plus movent in particulari considerata quam in generali, ita contristabilia plus terrent si in particulari considerantur. Et aliqui sunt qui in maiori temptatione non caderent qui forte in minori caderent. Sicut aliquis audiens adulterium non incitatur ad libidinem, sed si per considerationem descenderet ad singulares mulieres magis moveretur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro Christo, sed si descenderet considerando singulas penas magis retraheretur. Et ideo descendere in talibus ad singula est inducere hominem in temptationem et prebere occasionem peccandi. Ad primum ergo dicendum quod culpa et mortalis de se perpetua est, sed ex sola dei misericordia remedium habet. Plus enim ponderat bonum divinum contra quod agit culpa bonum nostre creature cui opponitur pena quam perpetuitas pene temporalitati culpe. Ad secundum dicendum quod remorsus conscientie non est culpa sed quasi ad culpam, ut possit esse sine culpa, ut in eo qui habet conscientiam erroneam de peccato commisso, sicut si aliquis credat a se prius commissum esse illicitum quod tamen licitum erat et ipse dum faceret licitum reputabat.

Deinde circa confessionem querebantur tria. Primo utrum sufficiat quod aliquis scripto confiteatur an oportet quod confiteatur verbo. Secundo an quis teneatur statim confiteri habita opportunitate vel possit expectare usque ad quadragesimam. Tercio utrum presbiter parochialis debeat credere suo parochiano dicenti se esse alteri confessum et dare ei eukaristiam an non.

10 Ad primum sic procedebatur. Videtur quod sufficiat si aliquis confiteatur scripto. Confessio enim requiritur ad manifestationem peccati, sed peccatum manifestari potest scripto sicut et verbo, ergo sufficit si confiteatur scripto. Sed contra est quod dicitur Ro. x: Ore confessio fit ad salutem. Respondeo dicendum quod confessio est quoddam sacramentale. Sicut enim in baptismo requiritur aliquid ex parte ministri, scilicet ut abluat et verba proferat, et aliquid ex parte suscipientis sacramentum, scilicet ut intendat ut abluatur, ita in sacramento penitentie ex parte sacerdotis requiritur quod absolvat sub aliqua forma verborum, ex parte vero penitentis requiritur quod se clavibus ecclesie subiciat peccata sua per confessionem manifestans. De necessitate ergo sacramenti est quod sua peccata manifestet, et cum hoc nullus dispensare possit sicut nec contra baptismum, sed quod fiat manifestatio ore non est de necessitate sacramenti, alioquin nullus mutus posset aliquis effectum huius sacramenti percipere nisi ore confitendo, quod patet esse falsum. Nam muti vel quicumque qui verbo

cofiti no pnt suffiat scripto ul nutibꝫ cofiti. iiª ala nccite pt abs
bapti^m nisi aqua pp^r hc q aqua est de nccite sacri. Sz ex insti
tucoe ecclie ter homo qui pt ut vbo cofitea non pp^r hc som ut oe
cofitens cofi^do magis erubescat ut qui ore pccat purget ore
Sz et sp i ombꝫ sacris accipit id cuius est guior usus sic i sacrali
ablucoe bap^t accipit aqua qua hoies gnr utunt ad abluend
et i euk^a panis qui est guior cibꝫ. Vn i maioe sacrali pccorꝫ
queit uti vbis quis hoies gnaliter et expssius suos cocptꝫ
significare cosueuerunt. Et attendendum est q i hc sacro no impmi
tur caracter sz som cofer gra ad remissionem pcti qua remissionem
ius cofer pccando pccat at qui ordinacoem ecclie ptmittit. Vn i
baptis^o qui cosuat ea que st de ncci^te sacri ptmittens statuta
ecclie cofer caracterem sacri sz no sacri effcm. Hic at nichil gse
quones at que ad utrumqꝫ pte inducunt no multum cogunt. Via
nz maif^o. Ita expsse pt fieri scripto sic vbo. neqꝫ qd dr Ore
cofo fit ad salute mt de cofoe pccorꝫ sz de cofoe fidei.
Ad xm^m pcedeba^r vr q ab possit differre gfom usqꝫ ad xl^az.
Quuqꝫ em suat pceptum ecclie no delinquit. sz ecclia statuit
q semel i anno hoies ppria pcca cofitea^r. go si quis expctat usqꝫ ad
terminum ab ecclia costitutum no pccat. p bapmus e sacrm nccit^e
sicut et pnia. Sz cathecumꝫ no pccat si differat bap^m donec ad
sabbatum s scm. go i roe nec cotritus pccat si differat confoz usqꝫ
ad xl^az. p maiorꝫ ncci^te e cotricio qm gfo. q cofo sine co
tricoe no vz ad salm. cotrco at sine gfoe pt i aliquo casu valere
Sz ille qui e i pcco no ter stati coti ca intencoe ut cessz pccare
alioqn pccor p singula momta pccaret. go nec cotritus ter stati
cofiti ita q pccet si secus agat. Sz q magis e subueni^do mor
bo spuali qm morbo corli sz ab subitus morbo corpali pculo
se comitteret nisi remedium medicie quereret qm cito posset. ut
ex negligencia pccaret. multo g^o magis pccat qui differt remedium
cofonis adhibere contra spuale morbum pcci. Hn^o ddm q laudabile e
q pccor qm citius comode pt pccm suum cofitea^r. q p sacrm pnie
cofer gra que hoiem reddit magis firmum ad resistend pcco
Quida at dixerunt q ter cofiti qm cito optunitas gfi^di se ob
tulit ita q si differat pccat. Sz hc e q rom pcepti differt ecclie
q obligat sp no tn obligat ad sp sz p loco et tpe. tempꝫ at
implendi pceptum de confoe vr qn imminet ab eius i q
ncce e q ho sit cofessus puta si immineat ei mortis articulus
ul ncctas accipi^di euk^az al sacrm ordinis ul ad huius
ad quod oz hoiem ad gfom purgatum ppari. Vn si ab hora
immineat et ab cofiti ptermittat pccat dum^o debita optunitas
assit. Et q ex pcepto ecclie oms fideles tent salte semel i ano
i festo pasche pcipue gniois accipe sacrm. io ecclia ordinat
ut semel salte i anno qn imminet tpe accipi^di euk^az. oms

fideles confiteantur. Dico ergo quod differre confessionem usque ad hoc tempus per se loquendo licitum est, sed per accidens potest fieri illicitum, puta si immineat alicui articulus in quo confessio requiritur, vel si aliquis propter contemptum confessionem differat. Et similiter per accidens posset esse tanta dilacio meritoria, puta si ad hoc differt ut prudentiori confiteretur, vel devocius propter sacrum tempus. Primas ergo vobis concedimus. Ad primum non quod in contrarium obicitur dicendum quod morbus corporalis nisi per medicinam vehementem extinguatur propter invalescat in peius nisi forte ex virtute nature fuerit extinctus. Morbus autem peccati extinguitur per contritionem, unde non est simile.

12 Ad 2m sic procedebatur. Videtur quod sacerdos parochialis non debeat credere suo subdito dicenti se alteri esse confessum ut propter hoc ei eukaristiam det. Frequenter enim in ipsa confessione aliqui convertuntur qui prius contriti non fuerunt, sed sacerdos debet subditum quantum potest ad bonum inducere; ergo videtur quod omnino ab eo expetere debeat quod sibi confiteatur. Preterea Prover. xxvii. Diligens pastor esse diligenter agnosce vultum pecoris tui. Sed hoc nullo modo potest melius quam per confessionem; ergo debet ab eo exigere quod sibi confiteatur. Sed contra si sibi confiteretur posset dicere que vellet et crederet ei; ergo et de hoc sibi debet credere quod sit confessus. Respondeo dicendum quod in foro iudiciali creditur homini contra se et non pro se, in foro autem penitencie creditur ei pro se et contra se. Est ergo distinguendum quod duplex sit impedimentum quo aliquis a perceptione eukaristie impeditur. Si enim sit impedimentum ad forum iudiciale pertinens, puta excommunicatio, non tenetur sacerdos suo subdito credere quem excommunicatum novit nisi ei de absolucione constet. Si autem sit impedimentum quod ad forum penitencie pertineat, scilicet peccatum, tenetur ei credere et iniuste facit si denegat ei eukaristiam qui perhibet se confessum et absolutum ab eo qui absolvere potuit vel auctoritate apostolica vel episcopi. Ad primum ergo dicendum quod illud bonum quod in confessione homines consequantur ex consequenti est ille qui confessum se dicit si verum dicit, alioquin si falsum dicit pad voce possz fm dice cofido. Nec potest aliquis ab aliquo homine auctoritate compelli ad confitendum peccatum quod alteri confessus est qui absolvere potuit, contra dicit ut iam dictum est, confessio peccatorum sacramentum est divino imperio subiacens non humano. Ad 2m dicendum quod spiritualis pastor vultum pecoris sui debet diligenter agnoscere considerando exteriorem vitam eius. Sed per modum confessionis non potest diligenter perscrutari, sed oportet quod credat ea que sibi a suo subdito dicuntur.

Deinde querebantur duo de hiis que pertinent ad clericos, et primo de officio ecclesie, utrum ille qui est prebendatus in duabus ecclesiis in die quo diversum officium fit in utraque ecclesia debeat utrumque officium dicere. 2o de studio theologie, utrum aliquis teneatur dimittere studium theologie et si sit aptus ad docendum alios ad hoc quod intendit saluti animarum.

13 Ad primum sic procedebatur. Videtur quod aliquis in tali casu debeat utrumque officium dicere. Unusquisque enim debet vivere emolumento. Ille ergo qui habet

emolumentum prebende in duabus ecclesiis debet onus suffere utriusque ecclesie
officium dicat. Preinstum esse videtur ut si habet maius emolumentum ab una
ecclesia in qua forte tantum pluris officium quod est maius onus subeat
pluris dicendo. Non ergo ad eum pertinet electio sed vel debet utriusque dicere
vel debet officium ecclesie in qua habet pinguius beneficium. Secundum in communi inducebatur
consuetudo. Respondeo dicendum quod supposito quod aliquis licite sit prebendatus in duabus
ecclesiis sive ex dispensatione considerandum est quod ille qui in aliqua ecclesia
prebendam accepit duobus obligatur scilicet deo ut ei debitas laudes
exsolvat pro eius beneficiis et ecclesie de qua accipit sumptus. Ea
vero que ad ecclesiam pertinent subiacent dispensationi prelatorum ecclesie
et ideo hoc debitum quod debet ecclesie exsolvere debet secundum quod statutum est in
ecclesia et hoc scilicet vel per se ipsum si sit prebenda que requirat residentiam
vel per vicarium si hoc sufficiat secundum ecclesie statutum aut consuetudinem.
Sed debitum quod debet deo per se ipsum debet exsolvere non refert autem
quantum ad deum quibus psalmis vel hymnis deum laudet utputa
utrum dicat in vesperis Dixit dominus vel laudate pueri nisi quantum
ad hoc quod homo debet sequi maiorum traditiones. Et quia laudes deo debet
quilibet unus homo sufficit quod semel officium dicat secundum consuetudinem alicuius
ecclesiarum quarum est clericus. Sed de electione officii rationabile videtur
quod debet dicere officium illius ecclesie in qua maiorem gradum habet puta
si in una sit decanus sed in alia simplex canonicus debet dicere officium ecclesie
in qua est decanus. Cum sit in utraque ecclesia fuerit simplex canonicus debet dicere
officium dignioris ecclesie quamvis forte in minori ecclesia habeat opu-
lentiorem prebendam quia temporalia nullius momenti sunt spiritualibus com-
parata. Si vero ambe ecclesie fuerint equalis dignitatis potest sibi eligere
quodcumque officium magis voluerit. Si fuerit ab utraque ecclesia absens
sicut fuit in aliquorum casu presentibus debet se conformare illis cum quibus con-
versatur. Et per hoc patet illud ad obiecta.

Ad 2m sic procedebatur. Videtur quod aliquis qui potest saluti animarum curam 18
impendere peccet si circa studium tempus occupet. Dicit enim ad
Gal. ultimo cap. Dum tempus habemus operemur bonum. Nulla enim est dignior
iactura quam temporis. Non ergo debet aliquis tempus in studio expendere cum valeat
saluti animarum curam impendere. Preterea perfecti tenentur ad id quod me-
lius est. Sed religiosi sunt perfecti ergo maxime religiosi debent dimittere
studium ut saluti animarum insistant. Preterea peius est errare in via
morum quam in via pedum. Sed prelatus tenetur revocare suum subditum
si videat eum errare in via pedum ergo multo magis tenetur eum
revocare ab errore qui est in via morum. Est autem error si homo
pretermittat quod melius est. ergo prelatus debet subditum cogere ut saluti
animarum intendat studio pretermisso. In contrarium inducebatur con-
suetudo per rationem. Respondeo dicendum quod aliqua duo possunt comparari ad invicem
et simpliciter et secundum aliquam causam. Videtur autem preferri id quod est melius simpliciter in aliquo

casu esse magis eligendum sicut philosophari est simpliciter melius quam ditari
sed in tempore necessitatis est ditari melius eligendum. Et alia pretiosa mar-
garita est carior uno pane et tamen in casu famis panis preeligitur
sicut illud Tren. x. Dederunt pretiosa queque pro cibo ad refocillandam animam.
Est autem considerandum quod in quolibet artificio et dicitur architector que ab
manualis qui opere exequitur sicut quod ei ab alio exponitur. Unde in edi-
ficiis construendis maiori mercede conducitur qui disponit de edificio
sed parum vel nichil manibus operatur quam manuales artifices qui do-
lant ligna et incidunt lapides. In edificio autem spirituali sunt quasi manua-
les operarii qui particulariter insistunt cure animarum puta sacerdotes curati
vel ad huius particulariter agendo qualiter predicti suum officium exequi debeant
12 prelati quia et episcopi id est superintendentes dicuntur et similiter theologie doctores qui sunt
principales artifices qui inquirunt et docent qualiter alii debent sa-
lutem animarum procurare. Simpliciter igitur melius est docere sacram doctrinam et
magis meritorium si bona intentione agatur quam impendere particulariter curam
saluti huius et illius. Unde apostolus de se dicit I ad Cor. I: Non enim misit
me Christus baptizare sed evangelizare quamvis baptizare sit opus conferens
salutem animarum. Et II ad Timotheum II dicit apostolus: Hec commendo fidelibus
hominibus qui ydonei erunt et alios docere. Ipsa etiam ratio demonstrat quod melius
est erudire de pertinentibus ad salutem eos qui in se et in aliis proficere
possunt quam simplices qui in se tantum proficere possunt, in aliquo tamen casu necessitate
impellente vel imminente debent episcopi et doctores pretermisso proprio officio
particulariter intendere saluti animarum. Ad primum ergo dicendum quod nullam
iacturam temporis patitur qui quod est melius operatur docendo sacram doc-
trinam vel qui ad hoc per studium se disponit. Ad secundum dicendum quod perfectus dici-
tur dupliciter. Uno modo qui habet perfectionem, alio modo qui habet statum perfectionis.
Perfectio autem hominis in caritate consistit que hominem deo et proximo coniungit.
Unde quantum ad dilectionem dei dicitur Gen. xvii: Ambula coram me et esto
perfectus. Quantum vero ad dilectionem proximi postquam dominus dixerat Diligite
inimicos vestros, concludit Matth. v: Estote ergo perfecti. Statum perfectionis habere
dicuntur qui sollempniter obligantur ad ea que perfectioni annexa sunt. Est autem aliquid
annexum perfectioni dupliciter. Uno modo sicut preambulum et preparatorium
ad perfectionem ut paupertas castitas et huiusmodi quibus homo retrahitur a
curis secularium rerum ut liberius vacet hiis que dei sunt. Unde huiusmodi
magis sunt quedam perfectionis instrumenta. Propter quod Ieronimus exponens illud ubi
Petrus dicit: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, dicit: Quia non
sufficit Petro dicere ecce nos reliquimus omnia sed addit quod perfectum est
et secuti sumus te. Utrumque ergo vel voluntariam paupertatem vel castitatem
servant habent quoddam preparatorium perfectionis sed non dicuntur habere statum perfectionis
nisi qui se ex sollempni professione ad huiusmodi obligant. Sicut enim ad
sollempne et perpetuum dicitur aliquis habere statum sicut patet in statu libertatis vel
13 minoris et filii. Alio modo aliquid annexum perfectioni tamquam effectus ut sunt ab-

curam animarum suscipiat. Et non debet perfectione caritatis ut debet propter dei amorem
permittat dulcedinem contemplative vite quam magis amaret, et
accipiat active vite occupationes ad procurandum proximorum salutem.
Quicumque ergo hoc modo saluti proximorum intendit habet quidem aliquem
perfectionis effectum sed non habet perfectionis statum nisi episcopus qui cum quadam
solempni consecratione suscipit animarum curam. Archidyaconi vero et
parochiales presbiteri magis habent commissa quedam officia quam quod in hoc in aliquo
perfectionis statu ponantur. Soli ergo religiosi et episcopi dicuntur perfecti quantum ad statum
perfectionis habentes. Unde religiosi fiunt episcopi sed non archidyaconi vel
presbiteri. Cum ergo dicitur quod perfecti tenentur ad id quod melius est, verum est
si intelligatur de hiis qui dicuntur perfecti propter perfectionem caritatis. Huiusmodi obligantur
non ad hoc obligantur secundum mensuram sue perfectionis quod implent. Si autem
intelligatur de hiis qui dicuntur perfecti propter statum sicut episcopi vel religiosi non est
verum. Non enim tenentur episcopi nisi ad quod se extendit cura suscepti
regiminis, et religiosi non tenentur nisi ad ea ad que obligantur
ex voto sue professionis. Alioquin esset obligatio ad infinita cum tamen
natura et ars et omnes res certos terminos habeat. Dato tamen quod perfecti
semper tenerentur ad id quod melius est non esset ad propositum sicut ex predictis
apparet. Ad tertium dicendum quod licet prelatus teneatur suum subditum revocare
ab omni malo, non tamen tenetur eum inducere ad omne melius. Hec tamen ratio in
proposito locum non habet sicut nec alie.

Deinde querebantur duo de hiis que pertinent ad religiosos. Primo
utrum religiosus teneatur obedire suo prelato ut revelet sibi
aliquod secretum quod fidei sue est commissum. Secundo utrum teneatur
obedire ut revelet occultam culpam fratris quam novit.

latis propter hoc non excusantur quia hoc est propter negligentiam vel propter [illegible]
et defectum ipsorum prelatorum qui non sunt ausi corrigere aliquos cum
ipse multa corrigenda cognoscat vel est propter timorem aliorum. unde
non excusantur propter hoc.

q°

Circa xiii quesitum fuit utrum absolute loquendo communicando sive stando
cum excommunicatis peccet mortaliter. Videtur quod sic quia multi magni doctores
et magni dicunt hoc facere quod preceptum ecclesie et peccatum mortale. sed ecclesia
mandat quod nullus loquatur vel comedat cum excommunicatis ergo qui hoc facit
peccat mortaliter. preterea quedam decretalis dicit ubi consulebatur summus pon-
tifex utrum possit participare excommunicatis quia est hoc pro vitando dispen-
dio mortis non debet facere et huius assignat causam dicens quia est peccatum mortale
ergo videtur quod quicumque taliter cum eis participat peccat mortaliter. Contra
quod nos videmus multos perfectos viros hoc facientes qui non hoc
facerent si esset peccatum mortale. Respondeo dicendum quod absolute per excommunicationem
separatur a communione hominum inquantum contingit separari a communione fidelium
Dico ergo quod absolute potest communicare seu participare cum excommunicato directe
et indirecte. directe quando in hiis que sunt fidei etc. et qui hoc modo
communicat peccat mortaliter. Et hoc contingit tripliciter quia si communicat secum
in divinis sicut si orat cum eo vel cum eo vel audiat missam cum eo
vel in aliis sacramentis. Item si ex contemptu et hoc quocumque casu communicat
[illegible] cum eo quia contemptus ecclesie mandatum [illegible] peccat mortaliter.
Indirecte quicumque participat sicut in emere et vendere, indirecte non communicat
hiis que sunt hominis sicut in cibo in [illegible] et aliis que sunt simul humane
conversationis et sic hoc non peccat mortaliter sed venialiter nisi faciat ex
contemptu ut dictum est. Ad primum dicendum quod opinio decretistarum non est
vera quia ipsi plus assentiunt hiis que continentur in iure humano quam divino
cum plus sit assentiendum divino iuri quam humano, et ideo melior est
opinio aliorum qui dicunt contrarium. Ad secundum dicendum quod communicare cum excommuni-
cato directe est contra preceptum ecclesie et est peccatum mortale, sed indirecte non
est contra sed preter preceptum ecclesie et hoc non est peccatum mortale sed veniale. Unde
sciendum est quod quedam sunt per se mala et hec non possunt fieri sine peccato;
quedam non sunt occasiones malorum tamen et ista possunt fieri tamen sine peccato
mortali etc. est loqui vel comedere cum excommunicatis. Ad tertium dicendum
quod secundum quod quis debet subire mortem antequam peccaret mor-
taliter sed et antequam peccaret venialiter, quia peccatum in genere peccati nunquam est
eligibile, si enim esset eligibile nunquam esset peccatum et non peccare si faceret
et ideo per hoc non concluditur quod ideo non sit participandum eis quia est peccatum mortale
et qui hoc facit mortaliter peccat. sed quia etsi esset veniale non esset partici-
pandum eis et tamen non peccaret mortaliter participando. Vel dicendum quod decretalis intelligitur de
illis qui directe communicant excommunicatis.

1o Circa sacramentum matrimonii quesita sunt duo primo de maleficiis
2o de frigidis. Circa primum quesitum est utrum maleficia
impediant matrimonium. Videtur quod non. Opus dei est fortius quam dyaboli, sed
matrimonium est opus dei, maleficium vero opus dyaboli, ergo matrimonium est fortius
maleficio, non ergo impeditur per ipsum. Contra maior est potestas demonis
quam potestas hominis, sed homo potest matrimonium impedire ergo et demon.
Respondeo dicendum quod matrimonium est quoddam pactum. Nam per matrimonium unus
tradit potestatem sui corporis alteri ad carnalem copulam. Constat
autem quod pactum de impossibili nullum est, cum nullus se possit obligare ad
impossibile, et ideo quando aliquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulam
sibi sit ei impossibile matrimonium nullum est. Sed notandum est quod impossibilitas
carnalis copule ex aliquo impedimento proveniens potest dupliciter considerari
quia vel impedimentum est superveniens matrimonio iam consummato
vel precedens; si est superveniens tunc matrimonium iam consummatum
nunquam solvitur. Item circa hoc sciendum quod impedimenta huiusmodi vel sunt perpe-
tua vel ad tempus; si sunt perpetua tunc matrimonium id simpliciter impediunt.
Si vero sunt temporalia seu temporanea tunc matrimonium non impediunt simpliciter
sed ad tempus. Ita tamen quod impedimentum utrumque sit precedat. De
maleficiis autem sciendum est quod quidam dixerunt quod maleficium nichil est,
et hoc proveniebat ex infidelitate quia volebant quod demones
non sunt nisi in ymaginatione hominum in quantum scilicet homines ymaginabantur
eos et ex ista ymaginatione territi ledebantur. Fides vero ka-
tholica vult quod demones sunt aliquid et possunt nocere suis operibus
et impedire carnalem copulam, et ideo huiusmodi impedimenta si prece-
dant et sunt perpetua ut dictum est simpliciter impediunt matrimonium. Ad
primum ergo dicendum quod et dyabolus est opus dei et non solum matrimonium. Et inter
opera dei unum est fortius alio, et unum impeditur per aliud magis
forte, unde cum dyabolus sit fortior quam matrimonium nichil prohibet per
ipsum matrimonium impediri. Utrum frigiditas impediat

ij Circa 2m quesitum est matrimonium. Videtur quod non quia senes sunt fri-
gidi et contrahunt matrimonium. In contrarium est quia nullus obligat se ad
impossibile. Sed impossibile est frigidis carnaliter alicui copulari
ergo si ad hoc obligat se pactum huiusmodi nullum est. Respondeo dicendum quod fri-
giditas eadem ratione impedit matrimonium sicut maleficium cum sit eadem
impossibilitas in utroque, verumtamen differt frigidus et maleficiatus.
Frigidus enim est impotens simpliciter quantum ad omnes, maleficiatus
vero est quidem impotens non tamen quo ad omnes sed quo ad unam tantum.
Nam maleficium consistit in ymaginatione viri vel unius mulieris
in quantum scilicet ex operatione demonis fit illi abhominatio aliqua mulier
quam pro horrore refugit et respuit, et ideo aliter impedit frigi-
ditas et aliter maleficium. Nam frigiditas impedit aliquem ita

q oporteat q remaneat absque omni spe cohabitandi si ab una
impediatur, unde si alter ab efficiatur potens reintegre pt matrimonium
unde frigiditas solvit contractum et impedit cohabitandum, ma-
leficiatus non impeditur quantum ad istam tamen, unde datur ei licentia nubendi
alteri et uxori sue unde solvit contractum sed non dirimit cohabitandum
ut iam patet. Ad primum ergo dicendum quod senes sunt frigidi et non quidem ad
actum generationis sed ad generationem prolis et ideo cum possunt carnaliter co-
pulari non solvitur matrimonium, frigiditas vero que omnino carnalem
copulam impedit solvit matrimonium. / quesita sunt quedam pertinentia ad co-
Ordinata comparationem non habet inter / parationem ad proximum, que da
vero per comparationem ad res que in usu hominum veniunt, / post
comparationem vero ad proximum quesitum est de correptione fraterna. / Circa
hoc duo queruntur. / Ubi in publico vel in privato corripere fratrem.
Primo utrum debeat / sicut vel proximum. Videtur quod occulte. Matthei 18.
Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum
solum, videtur ergo quod occulte sit corrigendus frater delinquens. / Contra
dicitur, peccantem coram omnibus argue. / Preterea aliqui constitutiones hoc habent
ut si publice corrigatur. Respondeo dicendum quod huiusmodi correctio ex caritate debet
procedere et unde est quod dicitur fraterna dilectio et ideo oportet ordinem fraterne cor-
rectionis sumere secundum ordinem caritatis. Ordo autem caritatis est ut quis
bono proximi preferat quem bonum. Item ut velit bonum proximi et conscientie et
fame et hic que velit magis bonum conscientie quam utrumque habere non potest
et ideo hiis consideratis credo quod si esset aliquod peccatum carnale seu
spirituale quod vergit in detrimentum multorum statim est revelandum cum
preponderet bonum quod est in unitate caritatis quam privatum. Bonum est bono proximi sive
sit fame sive conscientie. Cetera vero non timentur multis detrimentum
tunc debet quis utrumque custodire bonum fame et conscientie corrigendo
inter se et ipsum. Si autem ex hoc correctio non sequatur tunc secundum ordinem
caritatis debet sequi adhibendo alium ut in ore duorum vel trium et in hoc
sciendum est ordo ut si peccatum sit publicum publice corrigatur, si non
solum tunc quantum ad occultum occulte / et ideo dicitur Si peccaverit in te frater tuus in si te sciente
publice coram omnibus argue. Et ex hoc patet solutio ad primum ut utrumque
secundum. Ad aliud ut dicendum quod in dictis constitutionibus ordinatum est et
sciendum est in hiis que vergunt in preiudicium et detrimentum societatis et collegii. /
Secundo queritur utrum si aliquis sciat peccatum proximi peccet mortaliter
reserando ea statim prelato suo. Videtur quod sic, quia facere contra ordinem caritatis
est peccatum mortale, sed statim revelare prelato est contra ordinem caritatis ergo peccat
mortaliter. Contra est quod hoc faciunt multi viri perfecti, qui non hoc facerent
si esset peccatum mortale. Preterea prelati possunt non solum de presentibus sed et de futuris
providere cautelam et ideo si esset revelatum non videtur esse peccatum mortale. Respondeo
dicendum quod verbum domini quod dicitur Matthei 18 de correctione fraterna intelligendum est sicut alia verba

que dicitur pertinere ad humanos actus, sic quod fraternalis debet esse quod dependet a caritate. Et ideo dico quod hoc cum debitis circumstantiis intelligenda sunt. Sciendum est autem quod in communi tripliciter proceditur secundum iura. Primo per inquisitionem et hoc est in penis publicis et non debet fieri nisi precedat clamor congregationis. Item per denunciationem et per accusationem et hoc est in privatis. Si autem procedatur per accusationem tunc debet fieri per scriptum qua obligatur accusans ad talionem et hoc intenditur ut fiat bonum vel publice vel hoc potest fieri sive notorie sive publice sive privatim. Si autem procedatur per denunciationem tunc debet precedere fraterna ammonitio quia huius finis est emendatio proximi et ideo debet servari ordo fraterne correctionis. Utrum autem statim cum quis sciat fratrem suum peccasse debeat denunciare prelato, dico quod in hiis distinguendum est de conditionibus subditi et prelati. Nam si sciendo quod frater per me corrigatur tunc non debeo hoc denunciare prelato. Si autem videatur quod hoc melius fiat per prelatum, et prelatus ille sit pius discretus et spiritualis non habens rancorem sive odium aliquod ad illum subditum tunc licite potest hoc denunciari ei et tunc non dicitur ecclesie, et quia non dicitur ei sicut prelato sed sicut persone private ad correctionem proximi et emendationem. Sed quia propter conditiones diversas prelatorum et subditorum non potest in hoc dari generale medium quia aliquis prelatus vel movetur ad odium aliquem subditum vel subditus non habet fidem verba prelati, ideo tenendum est quod per veritatem quod in omnibus istis semper fraterna est caritas et quod melius et magis expedire videtur et si ille intendat emendationem proximi fraterne quamvis potest bonum caritatis tunc denunciando non peccat. Si non denunciaret cum hoc sed hoc ex malicia et ut proximus confundatur vel deprimatur tunc denuncians sive accusans peccat mortaliter. Ad primum ergo dicendum quod si statim aliquis revelat prelato adhibitis debitis circumstantiis et conditionibus id quod videtur magis expedire non facit contra preceptum evangelii quia non dicitur hoc ecclesie sed persone private ut dictum est et ideo non peccat mortaliter. Ad secundum dicendum quod et ipsum nimis peccaverit mortaliter si denunciando prelato vel alii prave intenderet aliud quod est contra intentionem precepti. Ad tertium dicendum quod si aliquis revelet prelato culpam proximi intendens vel cautelam quod si aliquis revelet prelato culpam proximi intendens vel cautelam ut ad emendandum proximum expediens non fuerit vel ad huiusmodi quod ad emendandum proximum expedire non peccat. Si autem dixerit hoc sive prelato sive alicui amico suo peccat. Si autem dixerit hoc ex malicia tunc peccat mortaliter, quod si ex cautela alicui dixerit hoc ita tamen quod non veniat inde aliquod vel infamie vel vituperium proximi delinquenti tunc non peccat mortaliter licet in caritate non agat etc.

¶ Secundum quodlibetum xiii.

Quesitum est de rebus que sunt supra hominem et de rebus humanis. Circa primum quesitum est de deo, de angelis, de celo. Circa primum quesitum est de deo quantum ad suum esse, quantum ad sua propria, quantum ad eius predestinationem. Circa primum quesitum est utrum in deo
j sit tantum unum esse sive essentiale vel personale et sic in deo esse personale vel quod

Quia aliud est patrem esse, aliud filium esse, aliud spiritum sanctum esse, sed esse eiusdem non est aliud et aliud, ergo etc. Per primum forme est quod dicitur esse scilicet in divinis sunt tres proprietates personales que obtinent rationem forme, ergo etc. Contra Augustinus dicit: In divinis tantum est unum esse. Ad hoc dicendum quod veritas fidei hec quod in divinis solum est distinctio que est secundum relationes oppositas. Relatio autem sicut et quelibet forma habet esse ex comparatione ad aliud cui inest, unum etiam esse filiationis est per comparationem ad filium cui inest, relatio autem in divinis non distinguitur ab hoc cui inest quia est eiusdem cum re que refertur, sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur, et ex hac parte non consideratur esse relationis, sed distinctio et oppositio eius. Et ideo est in deo unum tantum esse essentiale. Ad primum ergo dicendum quod esse dicitur dupliciter: quandoque enim esse idem est quod actus entis, quandoque autem significat compositionem enuntiationis, et sic est actus intellectus quo intellectus intelligit. Et in primo ergo dicitur quod aliud est esse patris et aliud filii, verum est accipiendo esse secundo modo. Ad secundum dicendum quod sicut et quelibet forma proprietatis absolute facit esse secundum rationem qui est divinum esse et facit tamen unum esse in quibus proprietatis.

Deinde quesitum est de potentia dei et primo utrum deus possit facere duo contraria simul esse. Secundo utrum possit facere infinita in actu. Respondeo ad primum dicendum quod istud non imputatur deo impotentie, quia hoc non habet rationem possibilis. Ratione ante potentia activa producit actum sibi similem, et omne autem quod agit in quantum est ens actu, ergo effectus agentis est ens actu. Quod quidem ergo repugnat rationi entis actu repugnat potentie active, quod esset si contraria simul essent. 2a

Ad secundum dicendum quod esse ad infinitum actu possit supponi ex parte aspectu quod esset impossibile, quia sequeretur esse equale deo, sed hoc non sequitur quia cum deus est infinitum omnibus modis non adequatur ei quod est infinitum uno modo. Dato enim quod esset aliquid infinitum secundum magnitudinem non adequabitur deo, quia si sit infinitum quantitate, tamen est finitum specie, deus autem omnibus modis est infinitus. Cum ergo queritur utrum sit possibile deo facere ad infinitum in actu, dicendum quod non. Repugnat enim agentis per intellectum ad repugnat dupliciter: uno modo quia repugnat potentie eius, alio modo quia repugnat modo quo agit. Primo modo non repugnat potentie divine absolute quia non implicat contradictionem, sed si consideretur modus quo deus agit non est possibile. Deus enim agit per intellectum et per verbum quod est formativum omnium, unde oportet quod omnia que agit sint formata. Infinitum autem accipitur ut materia sine forma. Nam infinitum se tenet ex parte materie. Si ergo deus hoc ageret, sequeretur quod opus dei esset ad informe et hoc repugnat ei per quod agit et modo agendi, quia per verbum suum omnia agit quod omnia formantur. 3a

Deinde quesitum est de predestinatione. Utrum sit certa. Et videtur quod non, quia impossibile est predestinatum damnari. Sic Petrus si fuisset tunc statim mortuus quando peccavit Christum negando. Si non dicas quod locutio de dicto est vera, de re non. [illegible] contra quia hoc habet locum in formis separabilibus 4a

sed hec forma que est predestinatio est inseparabilis. Ad secundum dicendum quod predestinatio est quedam pars divine providentie; providentie autem dicit directionem aliquorum in finem et hoc presupponit scientiam et voluntatem. Sic ergo predestinatio habet certitudinem ex parte scientie dei que non potest falli et ex parte divine voluntatis cui non potest aliquis resistere et ex parte providentie que certissimo modo ducit ad finem cum deus sit sapientissimus. Ad primum ergo dicendum quod predestinatio habet certitudinem et tamen non est necesse predestinatum salvari sed remanet contingens. Deus enim est qui habet certitudinem ex scientia voluntate et providentia et nullum illorum contingentiam impedit. Scientia non quia scientia dei est futurorum prout sunt in presenti et sic habent esse determinata. Voluntas non quia voluntas dei est principium totius entis ergo non cadit sub ratione contingentis vel necessarii sed hec effluunt et ordinantur ex dei voluntate et ipsa dei voluntas facit quedam esse contingentia preparando causas contingentes et similiter necessarias causas vel ex effectibus necessariis. Sicut ergo voluntas dei impletur non tamen omnia necessario eveniunt sed eo modo quo vult ea esse et vult quod sint contingentia. Providentia etiam quia non tollit contingentiam ut dictum est. Ad secundum dicendum quod bona est distinctio. Sed ad obiectum de sensu dicendum quod aliud est de formis realibus et aliud de prescientia que imputatur ad potentiam ad actum voluntatis quia in potestate sua sicut in omnibus dicat hic locum disputationis oportet separationem in consideratione. In sensu non requiritur sed oportet quod res illa cadat sub hac consideratione. Et dico quod ille predestinatus potest considerari vel ut in se vel ut divine cognitioni relatus et primo attribuitur ei quod possit damnari alio modo non.

Decimum quesitum est de fato. Utrum omnia subsint fato. Respondeo dicendum quod primo oportet scire quid sit fatum et postea facilius patebit propositum. Videmus autem multa contingentia evenire et ideo fuit aliquorum dubium utrum ista que videntur contingentia reducantur in aliquam causam ordinatam. Et qui dicunt quod fatum nichil est ut Tullius dicit. Quidam autem dicunt quod in aliquam superiorem causam reducuntur et isti nominaverunt fatum a fando quia hec omnia sunt prefata aliqua superiori causa. Sed horum est multiplex opinio. Quidam enim reducebant hec in quandam seriem causarum quam dicunt fatum sicut stoici qui dicunt quod nichil est quod non habeat causam et posita causa necesse est poni effectum. Si ergo evenit ut effectus habeat causam et hec causa aliam causam et deinceps sicut qui est occisus de nocte quia exivit domum, quare exivit domum quia sitivit, quare hoc quia salsa comedit et quia salsa comedit ex necessitate moritur. Aristoteles videtur negare duo: primo quod quodlibet quod fit habeat causam sed tantum quod fit per se, quod autem accidentaliter non oportet esse per accidens; secundo dicit quod posita causa potest effectus quia potest impediri et ideo non semper vel non stat series causarum. Alii reducunt hec in aliam causam scilicet in corpora celestia ex quorum necessitate dicunt omnia accidere unde dicunt quod fatum nichil aliud est quam universis positionibus siderum sed autem opinio duplex est fla-

primo quoniam ad res humanas que pervenit ab intellectu que tamen sit utique
incorporea non subiaceret actioni alicuius corporis. etenim ponendo animam
subiacere virtuti corporum celestium. iterum ad eum qui ponit intellectum non differre
a sensu. ut dicit philosophus in primo de anima in fine. tamen per accidens et occasionaliter
subditur anima celo inquantum intellectus afficitur per passionem corporis non tamen
ex necessitate movetur ab eo. secundo quia multa in rebus naturalibus contingunt que non
accidunt ex necessitate celi. sed per accidens et hec non habent causam. alii reducunt
hec omnia in causam superexcellentem. scilicet in providentiam dei. a qua omnia sunt predestinata
et ordinata et secundum istos erit fatum quidam effectus divine providencie quia providentia
deus mentis est quando vero ordinis corporis prout est in mente divina fatum non est
explicatio illius ordinis prout est in rebus. unde dicit boecius fatum est
inmobilis dispositio rebus mobilibus inherens. Sic ergo accipiendo fatum
potest dici quod omnia subiciuntur fato. Non tamen est sic dicendum propter suspicionem
huius nominis fatum quo utuntur gentiles in suis erroribus. unde dicitur ozee ii.
super id Non vocabis me ultra baalim sed vir meus. quod idem est nec unquam
Sed deus noluit hoc quia baalim nomen erat cuiusdam ydoli gentilium
et ideo sunt vitanda nomina gentilium cum quibus nec conveniunt nomina habere
communia. Et ideo augustinus dicit. Si quis hoc nomine intelligit fatum sententiam teneat
linguam corrigat. ut non dicat fatum sed providentiam dei.
Deinde quesitum est de angelis. Et circa hoc quesita sunt duo. primo 6
Utrum esse angeli sit actus eius. Et videtur quod non quia actus intelligi-
mus alicui perfecti. angelus autem non perficit ipsi esse. Contra. hylarius dicit
Respondeo dicendum quod opinio avicenne fuit quod unum et ens semper predicant accidens
hoc autem non est verum quia unum prout convertitur cum ente significat substantiam rei et similiter
ens. sed unum prout est principium numeri sit accidens. Dicendum ergo quod unum quod est in
potentia et in actu fit fit actu per hoc quod participat actum superiorem per hoc autem
aliud magis fit actu quod participat per similitudinem primi puri actus
primus autem actus est esse subsistens per se unde unde complementum unumquodque
recipit per hoc quod participat esse unde esse est complementum omnis forme
quia unumquodque per hoc completur quod habet esse et habet esse cum est actu et nulla
forma est nisi per esse. Et dico quod esse substantiale rei non est accidens sed
actualitas cuiuslibet forme existentis sine materia seu cum materia et quia est
complementum omnium inde est quod proprius effectus dei est esse et nulla creatura
dat esse nisi inquantum participat operationem divinam et cetera. Proprie loquendo non est
accidens. Et hoc hylarius dicit. Dico autem accidens large omne quod non est pars essentie
sicut est esse in rebus creatis quia in solo deo esse est eius essentia. a^a
Secundo quesitum est utrum dyabolus cognoscat cogitationes hominum
Respondeo dicendum quod cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter
primo sicut in se et per se. secundo in aliquo effectu. Primo modo solius dei est. Jere. xvii. pravum est cor
hominis et inscrutabile. unde nec angeli sic eas cognoscunt. cuius ratio est
triplex. una apparet de bonitate esse quod habent. eo quod secundum gradum quo aliquid est ens
in potentia est gradus quo res sunt in anima. Alia est vero quia quod est in voluntate
esse alicuius non potest cognosci nisi a causa que nata est movere eam. Tertia autem

mo

solus deus. Augo cogitacões dependeant a volũtate sicut a sua causa solus deus eas cognoscet. Alia vero est qr angeli illi q cognoscunt per species naturales inditas cognoscunt. et hec sunt species rerum naturalium non autem cogitacionum quia hec non reducũt ad causam naturalem ut non pertinet ad cognicionem naturalem. tamen per effectus cogitacionum cognoscunt cogitacões sicut et homo facit, tamen ipsi subtilius cognoscunt effectus qui causantur ex cogitacõibus. Nam si cogitacões homo affectus sicut aliquis paruus et per has motus cor. et hos motus ipsi subtilius cognoscunt quam nos, et ideo cognoscunt de cogitacõibus cordis. Et hoc Augustinus dicit li. de diuinacõibus demonum. licet alibi dicat quod determinare ieius tale cognicionem sit presumptuosum.

8m Decimum quesitum est de celo et terra. hic quesita fuerunt duo. primo utrum celum et mundus sit eternus. Respondeo dicendum quod, licet mundum incepisse est de numero earum que cadunt sub fide non demonstrative que dependet ex simplici volũtate diuina potuit esse et non esse. ad hoc quod sit non inducit aliqua necessitas ex parte dei. Diuina autem bonitas que est finis rerum potest ita esse si non sit mundus sicut si sit.

9m Secundo quesitum est utrum celum sit animatum. Respondeo dicendum quod de hoc diuersimode senciunt doctores ecclesie. Dicit enim Ieronimus super ecclesiasten quod sol est animatus. Damascenus hoc negat. Et hoc dicta et est apud philosophos. Plato enim et Aristoteles ponunt corpora supercelestia animata esse. Anaxagoras non et ideo legitur fuisse occisus. Ego autem dico sicut Augustinus et super genesim ad litteram quod non refert ad fidem utrum sic sit vel aliter sit, unde hoc non determinat in enchiridion. addens quod si ponamus corpora supercelestia esse animata non ideo erunt in medio trium ordinum intrantes in societatem angelorum et hominum et animarum quia ille anime computabuntur cum angelis. Et hoc sensisse videtur ille qui fecit approbacionem cum dixit. celi celorum quid virtutes. Et ideo patet responsio.

10 Decimum quesitum est de homine quantum ad animam et quantum ad graciam et quantum ad culpam. Circa primum quesita sunt tria. primo quantum ad animam secundo de cognicione anime. 3o de effectu cognicionis. Circa animam quesita sunt. primo utrum anima perficiat corpus immediate vel mediante corporeitate. Respondeo dicendum quod in homine corpore est nisi una forma substancialis. Augustinus vero est hoc. Prima est quia si plures sequeretur non esset forma substancialis que facit esse simpliciter. sed forma accidentalis que facit esse hoc. Item si sic sit acquisicio forme substancialis non esset generacio simpliciter. Item quia si sic non esset compositum ex anima et corpore unum simpliciter sed duo simpliciter et unum per accidens. Si dicatur corporeitas forma est corporis. dicendum corporeitas dicitur duplex. quandoque tres dimensiones et hec non est forma substancialis sed accidens. aliquando dicitur quedam forma ex qua prouenit triplex dimensio et hec non est alia a forma specifica.

11m Secundo quesitum utrum anima sit ex traduce. Respondeo dicendum quod Augustinus hanc questionem non determinat sed indeterminata relinquit libro de ecclesiasticis dogmatibus. sed ille liber non est Augustini sed Gennadii, qui ipsam et nunc causa declarare.

Ardendum est tamen quod non. Et est una ratio philosophi de animalibus quia impossibile est quod virtus corporea producat id quod excedit corpus, vero anima intellectiva non est virtus corporea. Alia ratio est vii° methaphysice quia quidam posuerunt quod forme naturales sint ex creatione. Cum enim materia aeris recipit formam ignis aut inerat et celatur aut non, ergo fit de novo, non ex aliquo sed ex nichilo, ergo creatur. Solvit philosophus quod forma non sit sicut neque ens vel ens habens per se sed sit compositum quod habet esse subsistens. Si igitur est aliqua forma que per se subsistat illa habet per se fieri. Anima autem per se habet esse per se subsistens et remanet corrupto corpore et ita oportet quod habeat causam aliam sui fieri.

Decimum quesitum est de cognitione hominis utrum intellectus humanus cognoscat singularia. Respondeo dicendum quod ad cognoscere duplex: directe et indirecte sive per reflexionem. Oportet cognitum in cognoscente esse et hoc est in intellectu nostro per abstractionem a conditionibus individualibus et a materia et ideo cum vera cognitio sit per speciem, ideo non cognoscit directe nisi universale. Intellectus autem divinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam sed per extensionem sue essentie ad res, et hec similitudo sive divina essentia in deo est omnium que sunt in re expressa similitudo, et ideo directe cognoscit quicquid est in re et quod pertinet ad naturam individualem. Sed quoniam philosophus, si separatus est intellectus et cognoscit que sunt in materia, dicit quod oportet quod hec cognoscat et similiter anima facta separata cognoscit intellectum et quiditatem in re per ymaginationem. Alio modo sive per extensionem in qua coniungitur fantasie que representat sibi fantasmata et sic indirecte cognoscit.

Decimum quesitum est de effectu cognitionis et primo utrum habitus scientie acquisite remaneat postquam habet intellectus. Respondeo quod circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt quod non, sequentes Avicennam in 6° naturalium quod species acquisite non remaneant in intellectu possibili nisi quamdiu actu intelligit, quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species et retinet secundum modum suum. Unde cum ipse sit immobilis utpote immaterialis et incorruptibilis recipit species intelligibiles secundum modum suum et numquam inde recedunt. Ita quod sunt ibi et dum actu non intelligit sed habitu. Et dico quod remanet sive dampnatis sive in bonis. Sed destruuntur hii habitus scientiarum quantum ad modum sciendi quia hic ipse intellectus convertendo se ad fantasmata propter corpus et sonum propter hoc fantasmatibus indigemus sed ad utendum huiusmodi speciebus. Et ille modus non erit tunc quia non convertet se ad fantasmata ad modum bruta.

Secundo queritur utrum verba herba habeant virtutes, puta serpentes. Respondeo dicendum quod ad presens hoc est aliquarum secundum propriam naturam et secundum virtutem superiorum. Ubi quod mixtum ex elementis habet virtutem ex natura elementorum secundum motum predominantis elementi. Alia habet ex corpore celesti sicut quod adamas attrahit ferrum quod non reducitur in virtutem elementorum. Aliqui enim dicunt quod non solum naturalia corpora sed artificialia sortiuntur virtutes aliquas ex impressione corporum celestium puta ymagines vel sigilla sub certa constellatione facte, et si hoc est verum, sive quod super artificia sit huiusmodi virtus impressa, potest et dici quod verba prolata in certo tempore habeant efficaciam modicam. Sed hoc non est verum. Verba in rebus naturalibus omnia que habent aliquam virtutem ex corpore celesti

hnt illam gntē aliqua form. Vn nich agit ad spem n ex vte
corpis celest. z e pus i vnoquoq qm vtg ad talia, remoto
gu prior remo posti. Sic hnc virtutes attribunt aliquis
oz q radicent sup form aliqua. fforme at artificiales n st
nisi fic quedā. z io fm e q vba z huiusmodi vtutes as heant ex
corpe celi. sz si hnt aliquā hc hnt ex spu mundo qui immiscz
se vbis homi ut decipiat sz Augg. Vn aly utunt vbis fa-
bulosis z ficts z vanis quis ad illudendu hoies se imiscet
Vn omia ista friuola z supsticiosa st z ymagines asthonice
quis z si no assit aliq expssa inuocacio demonu tn est ibi qda
tacita coiuccio z qssio, tn si as dicat vba dei z sacra sine in-
uitacoe z fraude sz bona z diuina intencoe no e incantacio
Cviij sz oro, Et tn sup agi ibi, Dilatant philacteria sua rc reprehent
illos q collo vba ewn suspendunt, cu vtg ewn no sit i fugis
lrarz sz i fide. No tn dampno illos qui sup se ferunt ewn ex
deuocoe qz bta Cecilia ewn xo ss gerebat i pectore, sine
tn aliq addicoe vl vborz vl caracteru vl cetorz supsticiosorz
15 Deinde questitu e de homie qntu ad gram. Et circa hc quīn-
ta. po de sacris, 2o de vtutib, 3o de officijs, De po ta
st quesita po de sacris gnre 2o de efficacia sacrorz, 3a de
vnitate ecce. De sacris ecce quebant duo, pmo de baptismo
2o de pnia, De pmo quebat vtrz habeat aq vtute ad emundacom
i vtrz ipa vtute mundet vl vtute quitatis. Rndo dd q dupx e
opio ihuius no solu de aq sz z de omib ecce sacris, quida
eni dnt q sacra no hnt vtute vl vim opandi i aia sz tn
exercemo z diuina vtg quitas fat rn effcm, Et inducunt exm bn
Sicut as ep qui inuestiat aliqe de pbenda p anulu, anulg
no e ca pbende sz signu, Sz hc no e sane dcm qz sic no eet
aliq progatiua sacrorz noue legs ad vetbm qz eet i illa
vtg coassistens fidei credencu i xpm venturu iustificabat, Et
io ddu est q sacra hnt i se vtute iustificandi z ad aliqs
ordinat effcs ad quos se hnt no solu q sint signu, Vn
Augg. Que tanta virs aque ut corpg tangat z cor abluat.
no Dcm tn q dupx e vtg. scz ppa z instrualis sicut pz i serra, Sc
z sacra hnt vtute instrualem ad spualē effcm qz cu sacrm
adhibet cu intencoe virtg diuina efficit hnc effcm z hc e gnis
qz vbu p quod omia sacra virtute hnt hnt carnē z fnt vbu
dei. Et sicut caro xi hnt virtutē instrualē ad faciendu miracla ppt
qiuncz ad vbu sic sacra p qiunce ad xpm crucifixu z passu rc
16u Deinde quesitu est de pnia z pmo vtru no hns cura aiarz
possit absolui i foro cosciencie. Rndeo q aliud e i sacro pnie
et aliud i quibusda alijs sacris. Nam i quibusda qui hz ordinē pt
ex hc ipso inducere effcm sacri i omi casu s i illis i quis i d qd hc e

effectus sacramentorum est vere extra ecclesiam ex sacramentum unde sacerdos degradatus
et excommunicatus licet peccet tamen consecrat et baptizat. Et similiter episcopus conse
cratus quia confert caracterem in prima autem non imprimitur caracter sed ef
fectus et iustificatio penitentis quod non potest fieri nisi per potestatem iudiciariam.
Non habens autem curam animarum non habet hanc potestatem.
Secundo queritur utrum liceat in aliquo casu revelare confessionem. 17
Respondeo dicendum quod nec verbo nec nutu nec aliquo signo et facere contrarium est
sacrilegium. Nam ita est in sacramentis nove legis quia hec sonum efficiunt quod
significant. effectus autem penitencie est occultatio criminis ab oculis divinis
et sic occultatio fit per secretum confessionis. Et ideo sicut prophanaret sacramentum
qui conficeret corpus et sanguinem Christi de alio quam de pane et vino 18
Ita esset revelans sacrilegus. Respondeo dicendum quod contingit
Tercio queritur utrum liceat appetere episcopatum, appetere prelaciones dupliciter
contingit propter necessitatem urgentem. Et non urgentem. primo dupliciter vel quia
impositus a superiori vel quia non invenitur alius qui velit onus prelationis
subire. et tali necessitate existente meritorium est appetere. unde ysaias vi. Quem
mittam et quis ibit nobis. habetur. Ecce ego mitte me, cum ante
dixisset se indignum. 2o. scilicet quando non urget necessitas sic non licet, quia
non potest carere aliquo vicio iniusticie si velit se minor preferre maioribus
aut vicio presumpcionis si reputet se sufficientem preferre aliis.
Cuius dicit Crisostomus Primatum ecclesie concupiscere nec est iustum nec utile. sic 19
illud. Reges gencium etc. sacramentorum utrum compaternitas contrahatur
Decimo questitum est de effectu exorcismi predicti ad sacramentum penitencie ex
cathecismo et huiusmodi, et videtur quod sic. Dicit enim quedam decretalis
quod a proprio parvulo sal non potest fieri uxor ergo contrahitur ibi compaternitas
per cathecismum recipitur contra quia qui dat sacramentum baptismi efficitur compater ergo etc.
Respondeo quidam dicunt quod quia illa sacramenta sufficiunt ad causandam compaternitatem
quidam dicunt quod solum contrahitur quantum ad tria scilicet in cathecismo et con
firmatione et baptismo, Sed videtur quod solum contrahitur ex duobus scilicet in
baptismo et confirmacione, quia compaternitas similitudo quedam est paternitatis
paternitas autem non fit nisi in generatione et ideo solum in illis sacramentis in quibus
est quedam generatio spiritualis contrahitur compaternitas que matrimonium
impedit. Ad primum ergo dicendum quod id non sunt intelligenda sigillatim sed secundum accidentia
collective et simul, quia qui ipsi in omnibus istis adest efficitur compater.
Ad 2m dicendum quod cathecismus dicitur sacramentum pro fide non pro baptismo quem
nondum suscepit. et ideo dat sacramentum illi qui dat sacramentum baptismi.
Decimo questitum fuit utrum sit una ecclesia que fuit in primo tempore 20
apostolorum et que est modo, et videtur quod non quia nunc non utitur eisdem regulis
Tunc enim prelati erant sine auro et argento in zonis suis ergo etc.
Ex primo legitur quod Christus et apostoli fuerunt casti. modo autem ecclesia habet ergo etc. Contra
Matthei ultimo Ecce ego vobiscum sum usque ad consummacionem seculi, hoc
autem non intelligitur tamen de apostolis quia omnes mortui sunt, et adhuc seculum
non est consummatum. ergo etc. Respondeo dicendum quod eadem est nunc ecclesia que tunc erat, et
que nunc est, quia eadem est fides et eadem fidei sacramenta, eadem auctoritas.

et eadem pfessio. Vn dt apus duuis e xo. absit. Ad pm go dicendum
q uba ista tripr exponunt. hylarius et ambro exponunt s sensum
misticum dicentes Nolite portare aurum etc. n. i pponaibus misticis
amo uendere. No duas tunicas i no dupce anima habeatis.
Alij exponunt ad lram. et vna expo e singus qui dt q ia
uba no dnt p modum pcepti s pmissionis ita q qui n suat
no pcat. et qui suat melius facit. vt sit snsus Nolite ptare
i. qn itis ad pdicandum Ne solliciti sitis de expensis qr debet
nobis expi. dignus enim e mercede sua operarius etc. q d io pmitto
ut no porteret qr digni estis accipere ab alijs quibus pdicatis.
Sz paulus hoc no suauit. et tn g regula hac no fecit. s supero
gauit. Alia expo e aliorum scorum qui dnt q hec dcta sunt
pcepti s hoc pceptum datum est no ad semper suandum s ad pam
missionem. Bis enim eos misit. s an passionem iudeis et pus ome
gentibus In pma dixit eis In viam gentium ne abieritis.
In 2a dixit. Docete omnes gentes et pma mandauit q pdca
suaret. no aut i 2a. et ro huius est. qr i pma solum mittebat
ad iudeos apud quos consuetum erat. q magri corpis ab eis
sustentarentur. et io sine scandalo poterant accipere et uti ptate
sibi concessa. Apud uo gentiles no erat consuetudo qr apud
eos no erant huius pres et io fuisset eis scandalum et visum
fuisset eis p questu apti pdicare. Et paulus hoc pceptum n suat
i gentibus. Et io dns i 2a missione dixit. Nunc qui ht sacculum
tollat sim et peram. Ad 3m dicendum q singus iudex i expo g dotatis
et hoc sup id pos. Quare fremuerunt gentes. distinguit enim dsa
tpa ecclie. fuit enim tpus qn astiterunt reges aduersus xpm
et i io tpe no solum no dabat fidelibus s et eos occidebant.
Aliud uo tpt e nunc quo reges intelligunt et eruditi suiunt dno
ihu xpo i timore. Et io i isto tpe reges sunt uasalli ecclie
et io e alius status ecclie nunc et tunc No tn est alia ecclia.

Deinde quesitum e de virtutibus. pma de quadam vte intellectuali
s de vitate. 2o de virtutibus moralibus. De vitate quesita sunt
duo pma de fortitudine vitatis 2o de confirmatoe uitatis. Circa pm
quesitum est. vtrum vitas sit fortior inter vinum regem et mulierem
Et vr q vinum qr immutat magis hoiem. Item vr q rex qr
compellit hoiem ad id quod e difficilius s ad hoc q se expo
nat periculo mortis. Item q mulier quia dominatur eciam regibus.
Contra est quod esdre iiiio. Fortior vitas. Rno dicendum q hoc qo ppoi e inuenitur
dissoluendi i esdra. Dicendum i 1 q si consideremus ista iiii s se. s
vinum regem et mulierem et vitatem no sunt compabilia qr no sunt vnius
generis. tn si considerentur s compacom ad aliquem effectum generatem
vnum pot cpari. Hic at effectus i quem conueniunt et i q pnt

est immutacio cordis humani, et quod ergo inter ista magis immutet
cor hominis videndum est. Sciendum ergo quod immutatum hominis quoddam
est corpus et aliud est anima, et hec est duplex sensibilis et intellectiva, et hec est duplex
scilicet practica et speculativa. Inter ea autem que pertinent ad immutandum
naturales disposiciones corporis vinum habet excellenciam, quod facit per temulenta
loqui. Inter ea que pertinent ad immutandum appetitum sensitivum
excellencius est delectacio que est in venereis, et sic mulier est forcior.
Item in practicis et in rebus humanis que potest homo facere maxima
potestatem habet rex. In speculativis summum et potissimum est veritas. Nunc autem
res corporales subiciuntur viribus animalibus, et vires animales intellectui
practice subiciuntur speculative, et ideo simpliciter veritas dignior est
et excellencior et forcior. doctrina alicuius expediti sub — 22
Secundo queritur utrum accusatus iuramento non curandi teneatur
servare iuramentum, et videtur quod non, quia sit obligatus non debet facere ad
quod negat in detrimentum illius qui docet vel qui docuit, sicut autem esset
si alius curaret, ergo etc. Contra iuramentum non curandi tale experimentum potest esse in
salutis eterne alicuius, ergo tu non teneatur aliter curare, sic multo
magis debet aliter curare obligatus. Responsio. Non curare salubre
remedium sive quodcumque bonum est quod tali tenetur, ergo etc. Respondeo dicendum
aliud est hoc simpliciter et aliud in casu simpliciter loquendo non tenetur sed male fecit
iurando. Iuramentum enim non semper amittit vim quamvis iuramentum est
illicitum sed iurando peccat, quia iuramentum obligatus debet habere iudicium
iusticiam et veritatem. Sed si iuro quemque quod licet non facere puta
non ire ad ecclesiam ire vel non ire licet sit in licitum tamen iuramentum
interponere et animum obfirmare ad aliquod bonum non faciendum est
illicitum, quia hoc est facere contra sponsum suum, et ideo iuramentum contra omne id
quod est de genere bonorum est illicitum et non est servandum tamen in
casu servare tenetur puta si ille vel alius sufficiens medicus possit esse
curare et uti eo experimento in salutem corporis, et sic patet solucio ad obiecta.
Deinde quesitum est de virtutibus moralibus, et post de virtutibus speciales — 23
specialiter de quodam actu iusticie scilicet de restitucione. Circa
primum quesitum est. utrum virtutes morales sint connexe et videtur
quod non, quia acquiruntur ex actibus qui sunt diversi et distincti, ergo potest
acquiri una virtus sine alia. Contra Augustinus dicit nichil contra divinam scripturam
dicit ille qui dicit quod qui habet unam non habet omnes, contra morales virtutes
habentur ex consuetudine que requirit tempus. Respondeo dicendum secundum omnes sanctos vel
plures loquendo de virtutibus in genere duplex racio assignatur a diversis secundum quod
diversi de locuti sunt de virtutibus. virtutes autem cardinales dupliciter
accipiuntur ab aliquibus. Quidam enim dicunt virtutes esse quosdam
modos generales qui requiruntur in omni virtute puta quod fortitudo est
quedam firmitas animi in quolibet rerum temperancia est moderancia in omnibus rebus,
et sic, et secundum istos notandum est quod virtutes sunt connexe quia tales modi generales

requiritur in omni virtute. et si aliquid horum deficit non est virtus aliqua, quia si temperantia rectitudinem non habeat que est iustitia vel non habeat firmitatem que est fortitudo, talis non est virtus. Et hunc modum Augustinus ponit iiii° de trinitate et magister sententiarum. Alii autem accipiunt distinctionem harum virtutum secundum determinatas materias sicut declaratur et Peripatetici, unde prudentia secundum philosophum non est recta ratio in omnibus sed solum in agibilibus. Similiter iustitia non dicitur rectitudo quantum ad inquisitionem omnium creaturarum sed tantum quantum ad communicationes et distributiones et actiones humanas que sunt ad alterum. Fortitudo non dicitur firmitas circa quecumque sed circa ea que est difficilius animum moderari scilicet circa delectationes gustus et tactus que sunt maxime delectationes, non in quibuscumque aliis corruptionibus sicut sentire vel pecunie. Et 3° modo de virtutibus virtutes morales sunt connexe. Cuius connexionis ratio accipitur secundum philosophum ex parte prudentie quia nulla virtus potest haberi sine prudentia et impossibile est habere prudentiam sine virtutibus moralibus. Cuius ratio est quia prudentia ut dicitur est quedam recta ratio agibilium. Impossibile autem est rectam rationem habere circa ad ea rectam rationem. Circa principia autem agibilium sunt fines virtutum et circa fines unusquisque se habet ut per habitum illius virtutis. Et ideo necesse est quod prudens habeat secum omnes virtutes morales. Similiter alie non possunt haberi sine prudentia. Potest enim aliquis habere inclinationem naturalem ad actus alicuius virtutis sine prudentia. Et quanto habet maiorem inclinationem sine habitu virtutis tanto peius est et plus impingere potest sine prudentia sicut patet de equo qui habet fortitudinem naturalem sine discretione et prudentia. Et ideo dicit Gregorius cetere virtutes nisi ea que agunt prudenter agant et cetera. Est autem alia ratio connexionis in virtutibus connexis propter caritatem in qua connectuntur quia qui habet caritatem habet omnes virtutes connexas, et similiter qui habet unam habet caritatem. Ad primum ergo dicendum quod actus non sunt connexi sed habitus quia non potest esse actus temperantie sine actu fortitudinis vel fortitudinis nisi cum actu temperantie etc. Ad secundum dicendum quod hec dicitur quia non probatur per auctoritatem biblie. Ad tertium dicendum quod non dicuntur morales a consuetudine sed a more et dato quod non indigeat tempore tamen non habebit virtutem nisi sit prudens.

xx Deinde quesitum est de restitutione que est actus iustitie. Et circa hoc quesita sunt tria. Primo de illis qui propter partes sunt extra civitatem. 2° de eo qui mala fide prescripsit. 3° de eo qui aliena consumpsit. Circa primum queritur utrum expulsi propter partes possint repetere bona sua ab illis qui sunt in civitate manentes. Et videtur quod non quia multi de hiis qui sunt in civitate culpam non habuerunt ad eorum expulsionem. Item pervenerunt aliqui ex culpa alterius. Item expulsi fuerunt contra partem communem, et iniustum bellum ergo actio est contra eos. Item damna non sunt eis restituenda. Primo secundum philosophum cum mutatur ordo civitatis non remanet eadem civitas sed cum mutatur dominium et principatus mutatur ordo, expulsi non pertinent ad civitatem que prius erat ergo cives non tenentur eis ad restitutionem. Contra qui spoliatur a raptore potest recipere et repetere ea que sunt ei ablata ergo et illi expulsi. Responsio dicendum quod aut sunt expulsi iuste scilicet propter

corporis culpam et non potest repetere corporis amissa dicitur iniuste sine
culpa et sine debito ordine iustitie et potest repetere. Si autem habet
superiorem debet per superiorem petere restitui. si autem non habet superiorem
ipsi met potest si potest recuperare. Ad primum ergo dicendum quod non potest de
pro peccato alterius sed pro suo quia maiores omnia faciunt auctoritate et fauore
populi et populus in fauendo maioribus fuit in culpa. propter id intelligitur de pena
spirituali quam nunquam potest sine culpa propria non de corporali quam frequenter
pro alio patitur. Ad secundum dicendum quod nunquam iuste agit sed per eam inquantum
iniuste patitur eam. Ad tertium dicendum quod si sit ecclesia pro remanentibus et quod
tenentur sibi sed si aliter omnino non tenentur.

Secundo queritur utrum ille qui mala fide prescribit teneatur ad 27
restitutionem et videtur quod non quia lex dicit quod qui et mala fide prescribit
acquirit dominium. Contra decretalis dicit quod tamen non acquirit dominium. Respondeo
dicendum quod circa hoc est contrarietas ciuilis iuris et canonici. quia secundum ius ciuile
talis prescriptio tenet. secundum ius canonicum talis prescribere non potest. et ratio
huius contrarietatis est quia alius est finis quem intendit ciuilis legisla-
tor scilicet pacem seruare et facere inter ciues que impedirentur si inter ciues
prescriptio non curreret. Quicumque enim nullus posset uiuere et dicere. id
fuit meum quocumque tempore. finis autem iuris canonici tendit ad
quietem eterne et salutem animarum. Unde autem in peccato saluari potest in percipiente
de dampno uel alieno non recompenset et ideo dicendum est quod si quis prescri-
bat bona fide possidendo non tenetur ad restitutionem et si sciat alienum
fuisse post prescriptionem. quia lex potest aliquem pro peccato et negligentia priuare
iure suo. et illa alteri dare et concedere. Sed qui mala fide prescribit
tenetur emendare et satisfacere reddendo dampnum quod intulit. Ad primum
ergo dicendum quod verum est quod omnia sunt principum ad gubernandum non ad re-
cipiendum et dicit ad dandum aliis. et si leges tales sunt tyrannice sunt
et non absoluunt a conscientia sed a iudiciali foro et uiolentia.

Tertio queritur utrum ille qui rem alienam consumpsit teneatur ad 28
restitutionem. et videtur quod non quia ille cuius res fuerat non habet actionem
in consumptorem intellectae si ius habet casum in prescriptione. Contra ille mala
fide possidet alienum quod consumpsit. Respondeo dicendum quod tenetur cuius ratio est quia
quilibet tenetur ad faciendum iustitiam alteri. consistit autem iustitia in
quadam equalitate. Non nisi reintegretur equalitas non potest
aliquis esse iustus. Inequalitas autem fuit quod consumpsit rem non suam et ideo
oportet quod reddat. Ad primum ergo dicendum quod licet non habeat actionem in eum qui con-
sumpsit secundum ius ciuile habet tamen secundum ius diuinum cuius finis est salus
animarum et ideo ei repugnat. | Primo de officio expositorum

Deinde quesita sunt de officiis in quatuor | sacre scripture secundo de officio
predicatorum tertio de officio confessorum quarto de officio vicariorum.

Circa primum quesitum est utrum omnia que doctores sacri exponunt sint a spiritu 29
sancto et videtur quod non quia in suis dictis sunt aliqua falsa. Nam in suis expositionibus
quedam dissonant. Non potest autem esse verum quod est dissimile uel dissonum. quia utique

pb condicoib no pt ee vra, Con ad eunde ptinet ad facere ppt
fine. Sz finis scripture que e a spu sco est erudicio homi, hec at
erudicio hom ex scriptis no pt ee nisi p exposicoes scorz. go
exposicoes scorz sut a spu sco, Rno dd q ab eod spu scriptie
st exposite z edite ut dr. j. ad Cor. ij. Animalis homo no p
cipit ea que dei st. spualis aut iu et papue qm ad ea que st
fidei qz fides donu dei est, z io in expositio smom iutat nel
cia dona spc sci ut dr Cor. xij. Ad pm go dd q qmiue gtis
date no st hitg sz st quida motg a spu sco. aliqs si cent hitg
Debet enim rectum de Nulla / Nulla ratione sacerdotes haberi set qui sub nullius presidentis providencia gubernantur. Tales enim acephalos id est sine capite prisca consuetudo nuncupavit. De alijs autem passim sic mutatis verbis eadem distinctione beatus Jeronimus [?] kathedra. A kathedra petri super quam fundata est ecclesia defecit in ecclesia se esse non confidat. Et Crisostomus super athos [?] dicit Ejus potestas ligandi et solvendi soli petro data esse a domino videatur / omnibus tamen apostolis data est et nunc datur omnibus episcopis et presbiteris. Et subditur ad propositum tuum / ideo tamen prius petro clavis regni celorum et principatum iudiciarie potestatis accepit ut omnes per orbem credentes intelligant quod quicumque ab unitate fidei vel societate petri quolibet modo semetipsos segregant tales nec a vinculis peccatorum absolvi nec ianua possunt regni celorum ingredi nisi forsan resipiscat. Ex quibus omnibus clare patet conclusio mea finalis scilicet. Sacrosancto generali Basiliensi Concilio in spiritu sancto legitime congregato ecclesiam universalem representanti necnon sanctissimo domino domino felici pape quinto per tempus vite ac tamquam electo et instituto ab omnibus christifidelibus saluari volentibus est obediendum necessario. Sed sacrum generale Basiliense Concilium in spiritu sancto legitime congregatum ecclesiam universalem representans esse et sanctissimum dominum felicem papam quintum vite et tamquam electum caput et summum pontificem esse / credere / profiteri et ipsis obedire tenetur christifidelis saluari volens est notum. Ergo tenetur horum predictorum susceptione credenti / profiteri et ipsis obedienti datur saluatio vel magis per Christum vos recipit me recipit et qui me recipit recipit eum qui me misit / hoc quantum ad ecclesiam sive sacrosanctam generalem synodum Basiliensem representantem. Et qui prophetam in nomine prophete recipit mercedem prophete recipiet / Et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet / et hoc quantum ad sanctissimum dominum felicem summum pontificem / qui et propheta et iustus congrue potest nuncupari. Propheta quidem id est videns quia ipse et commoda et pericula ecclesie sue videt et patrum providentia tenetur iustus ecclesia / clementissimi iusti scilicet patres generalis et victorij [?] veri vice [?] officia christianissimi / ad quorum receptionem scilicet primum et dominum nostrum Jhesum Christum nos de hic per ipsam gratiam et demum per gloriam in premium eterna digne ille dominus noster Jhesus Christus per suam in secula benedictus amen.

Et quamvis presens reverendissime hec conclusio mea a nobis tamquam in divinis et canonum scripturis fundata merito credatur virtute katholica [?] epistola / quod tamen inscripcionum compilacionibus [?] sicut in edendis libris et tractatibus fidei materiam concernentibus caveatur temeritas / que ut a sapientia dissidet plurimum ita est a sapiente studiose fugienda / hanc vitandum meam professionem talem sive concludendam statuo / ut michil quod talibus digressionibus pertinere nobis posuisse fateamur. Unde quemadmodum in alijs operibus meis ita et in hoc / primum sancte matris ecclesie et demum reverendissimi vestri reverendissime approbacioni et emendacioni iudicium competentum. Suscipiat ergo vestra potestas vestra toledissima [?] opus hoc / et in statera iudicij vestri appensum excellenti peritia sua trutinet examinet et prout gestum et petitum

prudentia vestra trutinet

Marginal notes: presidem professione obediencie (id est – et viij – ex prudencie pre spe – victoria tui et de – publica pro

quicq[ue] i[n] eo contractib[us] videbi[tur] indige[re] corrigat et emendet, ut sic amplio[r] p[ro]ba
tu[m] arbitro secur[ius] p[ro]curatib[us] sacri Basilien[sis] Concilii oratoribus et nunciis
possit exhibere et i[n] publicam venire notionem:

Magnificentissimis ac
Nobilissimis dominis Ba-
ronibus Ulrico de Ro-
semberg alias de wessele
Ulrico de Nova domo
Hinkoni de truschina
de lichtemburg et henrico Berka
de Duba Aliisque famosis clientibus
a. b. c. et prudentibus d. e. f. civi-
bus civitatum electis in concilio
et congregacione Czaslaviensi per
predictum generale concilium Capita-
neis et dispensatoribus Regni Bo-
hemie Fr. N. dam vilissimus et ab-
iectissimus sacerdotum. Salus et
pax christi et sue ecclesie sit cum omnibus
vobis. Ad honorem dei omnipotentis
promovimento et confirmacione fidei or-
thodoxe et prolabente predictam
fidem in Regno Bohemie et Mar-
chionatu Moravie infecte oppur-
ganda motus consilia ac naturali com-
passione pretendo vestras dominaciones
cum timore. et ea qua decet reverencia
paucis scriptis adhortari et presertim
contra iiiior articulos / in quorum fide
vestras defixis voluntates / aliosque
per epistolas in Regno Bohemie nitimini
compellere / ut predictos teneant. Sane
summus creator totius orbis et guberna-
tor propositos regum sui ad hoc ut-
tor legittime presideant regant et di-
rigant populos sibi subiectos dedisset
communes leges et potestates non tamen
ad hoc voluit / ut illa sine limi-
tacionibus confusa et indistincta
fiant. Sic ergo potestatem secularem
sic et spiritualem tamquam potestates sibi
invicem impermixtas auctoritatibus
suis volunt contentari. Hinc
est quod primus status est potestas secularis
data sit adeo auctoritas ut
indicet populos in equitate et
gentes in terra dirigat quare illi
datus est non sine causa portet
gladium sed tamquam dei ministro
cum debet esse vindex malorum
et iustorum revelator / ut in diebus
suis oriatur iusticia et habundancia
pacis. Cui quidem potestati

Primus est potestas secularis

debent dominitate subici populi / non
solum propter iram / sed et propter con-
scienciam / ut hoc totum testatur magnus
sanctus paulus ad Romanos xiii
dicit inquit Omnis anima potestatibus
sublimioribus subdita sit. Non enim
potestas est nisi a deo que autem a deo
sunt ordinata sunt / Itaque qui resistit
potestati dei ordinacioni resistit qui
autem resistunt dampnacionem sibi ac-
quirunt. Nam principes non sunt timori
boni operis sed mali. Vis autem non
timere potestatem bonum fac et habebis
laudem ex illa. Si male feceris time
non enim sine causa gladium portat
dei enim dei minister est vindex in iram
ei qui male agit. Ideoque necessitate
subditi estote non solum propter iram
sed propter conscienciam. Ideo enim tributa
prestatis ministri enim dei sunt in hoc
ipsum servientes. Reddite ergo debita
cui tributum tributum cui vectigal
vectigal / cui timorem timorem / cui
honorem honorem. Ecce officium
et auctoritas secularis potestatis. Nullum
autem ei concessum est limitata / vel
auctoritate sua in materia fidei vel ecclesia-
stica quicquam statuat diffiniat aut
determinet. Sed hec auctoritas vo-
catur limitata et concessa et commissa
eciam hominibus status spiritualis quorum
in lege domini est voluntas et in le-
ge eius meditantur die ac nocte / quorum
insuper subtilia ingenia tam in materia
fidei quam ecclesiastica a teneris / frequenter
operam adhibuerunt. Nec autem omnis homo
huius status spiritualis de se presumendo
posse hanc audeat temeritate usur-
pare. Ideo sponsus suus tamquam provide
regit matrem sanctam ecclesiam katholicam
in eadem eciam ad hoc ipsos officia-
les legittimos ordinavit. Testatur
hoc in ad Ephesios sancto paulo
in hec verba Ipse dedit quosdam quidem
apostolos quosdam autem prophetas / quosdam
evangelistas alios autem pastores et
doctores / ad consummacionem sanctorum
in opus ministerii / in edificacionem corporis
christi. Et prime Cor. xii Et quosdam
deus posuit in ecclesia / primo a-
postolos / secundo prophetas / tercio doctores

Contra potestati secularis
nichil est determinare
vel determinare in
materia fidei vel
ecclesiastica sed solum
potestas spiritualis
cui hoc incumbit
ex officio sicut hoc
patet in auctoritate apostoli / et
prime dei

deinde gratias curationum, opitulationes
gubernationes genera linguarum. Numquid omnes apostoli? numquid
omnes prophete? numquid omnes doctores? numquid
omnes virtutes? numquid omnes habent gratias
curationum? numquid omnes linguis loquuntur?
numquid omnes interpretantur? ¶ Ecclesie officiales
de statu spirituali, ad quos ex officio
pertinet in dei ecclesia materiam fidei et
ecclesie tam tractare, declarare et diffinire
ad alios christifideles, ac sic diffinita
per eos et determinata tamquam per capi-
tales fidei duces suos subditos ad
credendum et tenendum obligare. Et
hoc expressissime docet non quevis scriptura
sed sancta sanctorum dominus deus,
qui precipit et mandat Deutronomii xvii

lex et preceptum dei in deutronomio

sub hac forma: Si difficile et am-
biguum apud te iudicium perspexeris inter
sanguinem et sanguinem, causam et
causam, et lepram et non lepram, et
iudicum intra portas tuas videris verba
variari, surge et ascende ad locum
quem elegerit dominus deus tuus, veni-
esque ad sacerdotes levitici generis,
et ad iudicem qui fuerit illo tempore, queresque
ab eis qui indicabunt tibi iudicii
veritatem, et facies quodcumque dixerint
qui presunt loco quem elegerit dominus,
et docuerint iuxta legem eius, se-
querisque sententiam eorum, nec declinabis
ad dexteram vel ad sinistram. Qui autem
superbierit nolens obedire im-
perio sacerdotis qui eo tempore ministrat
domino deo tuo, et decreto iudicis
morietur homo ille, et auferes
malum de medio tui, cunctusque
populus audiens timebit, ut nullus
deinceps intumescat superbia.

modus loquendi hereticorum contra predictam legem dei

Ecce hanc legem domini dei in
mandata tenuit et tenet fidelis
sancta ecclesia dei a tempore sue con-
stitutionis. ¶ Quam mos eius hereticorum
dente impugnat mordaci, in omne
eius despicientie prohibent summum sacer-
dotem platum iudicium, auctores
prescriptam particulam contentam in hac lege
et docuerint iuxta legem eius.
¶ Dicunt enim quomodo emendare
non est hoc iudicatum iuxta legem
eius. Et sic die hodierna communica-
tores sacramenti sub utraque specie,
aufugientes hanc domini legem
et sibi pertinaciter contradicentes sine
timore dei populo prenunciant talem
communionem sub utraque specie omnibus
hominibus sic esse necessariam, quod sine
ipsa non sit salus cuiusque viatoris,
et ad hoc plures congressi sunt scripturas
mendacibus sententiis eas impug-
nantes. Et tales hanc preciosam
legem domini apud seculares vili-
ficant, et ipsam pertinaci animo
spernunt et abiciunt, et sic populum in-
ducunt in heresim manifestam.
¶ Sed det dominus huius precepti
legis seculari populo hanc intellige-
ntiam, ut ad animum reducant
sui erratus cleri plurimos errores
et moneant quomodo ad non credendum
ita de facili in hac materia communionis
sub duplici specie contemptoribus legis
domini proxime ante dicte. Sed in-
ponimus iuxta legem domini predictam
ascendant ad locum, ad sacerdo-
tes levitici generis qui presunt loco
scilicet tali officio et dignitati, et sciu-
ntur moribus veritatem. ¶ Rogo
quis attendat domini seculares con-
cordantie cum hac lege domini, ecclesia
catholica doctrina, scilicet Gregorius, que
habetur di. xii, inquisit nimirum
preceptis apostolicis non dominet sup-
erbia, vel resistat sua per obedienciam
que a sancta Romana ecclesia et
apostolica auctoritate missa sunt salutifere
impleantur. ¶ Sed eiusdem sancte
dei ecclesie que est caput nostrum
communionem habere desideratis, non
novum aliquod preter institutione
percipimus, sed illa que olim videtur
indulta sumamus. Et sequitur: Cum
nulli dubium sit, quod non solum ponti-
ficalis causatio, sed omnis sancte
religionis relatio, ad sedem apostolicam
quasi ad caput ecclesiarum debeat
referri, et inde normam sumere
unde sumpsit exordium. ¶ Ex hac

conformitas parte legis predicta cum ecclesia patrum premissa

precedente lege domini et doctrina tam [sanc]ta
sancti Gregorii, patet luce clarius, quod
ad nullum alium in terris pertinet quam
ad summum romanum pontificem quicquam
diffinire vel statuere, et ad collegium
eius sanctum, et ad sacrosancta
generalia concilia in materia fidei et
ecclesia. Et ad idem sanctus Ambro-
sius xxiiij q. i. c. Quod omnibus ad se
Expanimus. Idem etiam dicit sanctus
Ieronimus ubi supra capitulo Hec est fides.
Ipsa beatissime et multa aliorum sanctorum
patrum decreta idem protestantur.

(margin: Exhortatio Bohemorum opposita)
Premunio autem et exhortor dominos
seculares ne permittant se per suos
sacerdotes erroneos induci in hunc
errorem, ut vellent dictorum sanctorum
dicta, que tota approbata ecclesia,
more Waldensium hereticorum abicere
et negare. Nam si hec lex domini an-
dicta vult teneri, non dubium esset quin
sicud unus est deus, unum baptisma,
sic etiam foret una fides, tam illorum
qui sunt contra ecclesiam, et se esse
in ecclesia arbitrantur. Et sic patet

(margin: primum contra primum oppositum)
quod hec lege domini et dictis sancti
pauli, et decretis sanctorum patrum
quod sola determinatio, diffinitio,
limitatio, et constitutio in materia fidei
et ecclesia, quatuor articulorum contra
tota universalem sanctam ecclesiam katholicam
facta, quos quidem articulos salutiferos
nominatis, et ad illos tenendum
quibus in vobis est cupitis universum
regnum obligare, auctoritate caruit et
legittima potestate, ymmo sunt oppressivus
laqueus sunt et est contra legem domini.
Ideo nec vos ipsos, nec quoscumque
alios hec sola constitucio potuit ob-
(margin: Contra secundum oppositum)
ligare. Etiam oppidicta lege
domini et doctrina sancti pauli et
decretis sanctorum patrum patet
quod archiepiscopus pragensis cum
omnibus magistris studii pragensis
ac universo sue dyocesis clero est
insufficiens et inhabilis ad diffi-

niendum quicquam aut statuendum in
materia fidei vel ecclesia, quod totam tan-
gat ecclesiam. Et per sequens hec constitutio
tam quo ad clericos, quam quo ad lay-
calem populum, nullius debet esse ro-
boris et momenti. (margin: viii venit obstinata pertinacia in bohemis contra que scilicet utraque)
Cum ante
inepta moralissimi Senece dictum
sufficienter in veritate comprobatum, precipitare
omne consilium et consciencie iudicium, dum
res cupiunt in effectum. Sed quia clerus
vester ultra nimis profunde sua opinionum
ita maxime per qua lex est affectum permisit-
submittere. Ideo perit omne consilium
et iudicium consciencie clerici huius. Hinc est
(margin: que mala venerunt ex obstinacia bohemorum primum malum)
quod postposito timore dei per suas de-
ordinatas predicaciones in crudelissimas
hominum occasiones, per eos est populus
concitatus, et dimissa fraterna karitate
per magistros et doctores alios quam hominum
sic ecclesia stantes, contra regnum Bo-
hemie, ut suas opiniones falsas,
quamvis toti ecclesie contrarias, in fenem
que sciunt deducere valeant oppelle
(margin: secundum malum)
provenerunt. Hinc etiam horribilia
mala, quorum non est numerus contra
sanctissime iudicium persona occulta et
dolosa consilia, et publicas predicaciones
et per se et suos socios, ac discipulos
erroneos in regno Bohemie et Mar-
chionatu Moravie ordinaverunt, propterea
hec mala predecessorum in introducta
sunt nobis incommittenda nec in perpetuo
ea inducam. Nam universa sapientes et
intelligentes quam in fontibus per inob-
ediencia[m] vestram per quam ducemini
ad dampnosissimum scisma et scitis manda-
datis ad dampnatorum vestrorum, animarum
et perpetuam infamiam et opprimuntur, et
quod alias ordinatis non audeo
nominare sed per se patent illa mala.
Ne ergo videar perterrores con-
fictos homines velle a suo proposito
abducere circe conversionem intendo pre-
missimum paucis adducere scriptis.

(margin: probatio quod ecclesia katholica est universitas fidelium per totum mundum diffusa)
Pro quo primo suppono quod universalis
sancta ecclesia katholica sit universitas
fidelium orthodoxam fidem integram
in sacramentis ecclesiasticis societate
habentium. Sequitur hoc supposito sit-

quamvis fidelibus clara, tamen radicalis fidei scriptura veniat in medium ad ostendendum ipsam esse veram. Et primo illud Mathei xxii, quod veritas sic loquitur: Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, qui congregaverunt egressi omnes quos invenerunt bonos et malos, et implete sunt nuptie discumbentium. Super quo beatus Gregorius in omelia sua sic dicit: Ecce iam ipsa qualitate convivancium aperte ostenditur quod per has regis nuptias presens ecclesia designatur, in qua boni cum malis conveniunt. Permixta quippe est diversitate filiorum, quia sic ad omnes fidem generat, ut tamen omnes per immutationem vite ad libertatem spiritualis vite culpis exigentibus non perducat. Quousque nam hic vivimus, necesse est ut viam presentis seculi permixti agamus; tunc autem discernimur cum ad finem pervenimus. Boni enim soli nusquam sunt nisi in celo, et mali nusquam sunt soli nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita utriusque partis cives communiter recipit, quos tamen sancta ecclesia et nunc indiscrete suscipit. Item ad propositum est Augustinus super Johannem in libro de baptismo, et habetur de consecratione distinctione iiii: Et unitas ecclesie que late patet in sacramentorum videlicet societate et communione, cum complectitur cum granis et paleis corporaliter mixtas, ita ut neque illos iusti vitent neque ab illis iniusti. Sic sunt in ecclesia mali sicut in corpore humano humores mali, qui medicina expelluntur de corpore. Sic et cum hac katholica sententia concordat Isidorus de summo bono capitulo primo dicens: Sic inquit: Sancta ecclesia ideo dicitur katholica, quia universaliter per totum mundum est diffusa. Sed et sanctus Augustinus cum sancto Ambrosio in cantico de laude dei dicit: Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia.

Et in canone misse presbyter sacerdote offerentem dona munera et sacrificia sic orat pro forma ecclesie: In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta katholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum. Ex quibus patet quod quamvis periculose errant qui tam predestinatos viatores haud etiam viatrice suis falsis dogmatibus esse asserunt. Hoc enim assertum dogma duplicem errorem in se includit, quorum primus omnis sancta hereticorum qua scismaticorum sibi singulariter appropriat. Sic et omnis sancta predicta tantum se asserit orthodoxam tenere fidem, in qua soli predestinati finaliter moriuntur. Et sic secundo volunt quod tam ipsorum dispositio in materia fidei tamquam verorum officialium sit servanda. Secundus autem quod sancta ecclesia katholica que est sagena missa in mare mundi congregans de omni genere pisces bonos et malos, secundum rei veritatem est universitas fidelium orthodoxam fidem integram in sacramentis ecclesie societatem habentium. Quamvis autem unus predestinatorum tamen sit ecclesia sancta, ut testantur sepe scripta sanctorum, non tamen invenio in aliqua quos sanctorum auctoritate dicat haud etiam sanctam predestinatorum esse katholicam ecclesiam.

Suppono itaque quod hec mater sancta ecclesia katholica in fide errare non potest, stante eius veritate. Hoc supposito erat quodam apud sanctos doctores et alios fideles principium fidei per se manifestum. Quamvis non nulli hiis modernis temporibus ad colorandum suas quas noviter contraxerunt perfidias ipsam satis nolle difficultate fidelibus tam [illegible] sic potiter introducta. Ista veritas que mentiri non potest sponso salvo conductu et sua assertione dixit Luce xxii Petro cui iam erat commissa custodia

contra quod ecclesia katholica et fides orthodoxa non est in bohemia et prius quod [illegible] vera salutis sunt

2a propositio

probatio quod ecclesia katholica non potest errare in fide que [illegible] oppositum tenentium [illegible] bohemis [illegible] hoc probatur oppositum [illegible] ecclesie et regimine spiritus sancti

ecclesie. Symon ecce sathanas expetiit
vos ut cribraret sicut triticum. Ego autem
rogavi pro te, ut non deficiat fides
tua. Sed constat fidelibus quod Christus
orando pro fide Petri non pro alio ora-
vit quam pro fide ecclesie. Non enim
Petrus fidem aliam a fide ecclesie
habuit. Ex quo iuxta sententiam sancti
Pauli una est fides, unum baptisma,
et unus dominus, fides eciam singularis
vel personalis Petri cito deficit post
post hoc. Igitur sic dicere possumus quod
Christus non fuisset in hac peticione
exauditus. Cum tamen teste Paulo
Ebreorum v° Christus pro sua reverencia
est exauditus. Et Johannis xj dicitur
quod Jhesus elevatis sursum oculis dixit:
Pater, gracias tibi ago quia audisti me;
ego autem sciebam quia semper me au-
dis. Insuper Christus pollicetur securitatem
ecclesie: Et porte inferi non pre-
valebunt adversus eam. Portas
inferi inquit secundum Nicolaum de Lyra recte
esse dicimus atque peccata quo ad agenda
vel etiam hereticorum doctrinas quo ad
credenda, que adversus ecclesiam pre-
valere non possunt. Quapropter
si communio talis fuisset debita
de necessitate salutis sicut volt asser-
tio pestifera. Et eciam sancta
katholica mater, nec in fide nec
in opere tenuit hanc communionem, nec in ipsa
ipsam practicavit, sed plura centena
annorum, ex predicto concluditur quod porte
inferi prevaluissent adversus ecclesiam
tam quo ad peccata et vicia, quam
quo ad hereticorum doctrinas, et asser-
tio Christi esset mendax. Et secundo pe-
ticio Christi qua oravit patrem
ut non deficiat fides Petri fuisset
non exaudita, quod absurdum et horri-
bile apud fideles reputaretur. Affir-
mative ergo tenendum est et credendum quod
mater sancta ecclesia katholica in fide
errare non potest stante evangelii
veritate. Sic enim bene salvatur quod
ecclesia fundata est supra firmam petram
scilicet dominum Jhesum Christum, contra quam porte in-
feri non prevaluerunt, quia ipse cum
ea est usque ad consummacionem seculi,

pro orthodoxe eius fidei directione
ecclesiam. Etiam permittere dicatur est
prudentie ecclesie fidelium spiritus sanctus in be-
nignum rectorem, qui ipse doceat ipsam omnem
veritatem. Sed quod communio calicis sa-
cramentalis esset de necessitate salutis
cuilibet christiano, que nec in fide nec
in opere per longa tempora ecclesia est tenta,
quo ergo hic error non decessit in m-
ecclesiam spiritu sancto conveniendi? Namque sub-
ditorum ignorancia quod venit
invincibilem peccatorum confusionem
rectori imputari. Ezechielis iij°
Speculatorem dedi te etc. Amplius
presuppositis et pronotatis, patet quod divi-
nitate domino inspirante sancta ecclesia
katholica, sancte sua magna siquidem
iuste et sancte mutare potuit et
mutavit usum et modum concedendi
aliorum sacramentorum et plura aliorum
in lege domini fundatorum, prout vide-
batur saluti hominum expedire. Ita
iuste et sancte mutare potuit et
mutavit usum communicandi sacra-
mentaliter in utraque specie. Ad quod
intelligendum notandum est introducen-
do notanda de auctoritate veritatis ecclesie
sancte katholice. Ad quod sunt via
et attendere ad experienciam verum
magistram optimam, que peccata que
prius sancta sunt manifeste convincunt
brevi ora claudunt. Et hic a corde
legis domini ordinare ad alia processimus.
Ecce quam plebs quam quatuor
sacri evangeliorum ordine conscripserunt,
non Bartholomeus, Nicodemus et
alii. Cum rogo auctoritate christianam
tam omissis aliorum evangelistis horum
iiijor scilicet Mathei, Luce, Marci et
Johannis evangelia ad tenendum
et predicandum publice acceptavit. Sed
nulla talis auctoritas preter auctoritatem ecclesie
dari potest. Et hinc Augustinus appli-
cando magnitudinem auctoritatis
ecclesie dixit: Nequaquam crederem evangelio
nisi me katholice ecclesie commoveret
auctoritas. Quia docta spiritu sancto
acceptando iiijor evangelistarum evangelia
dedit fidem illis, et per exceptionem
aliorum evangelia et illa non habent fidem.
Item magna auctoritas in hoc
cognoscitur ecclesie quod ecclesia sancta katholica

Marginal notes:

communio in bohemorum secta ... in quibus venit ...

primo ignorancia propter bohemos ... quod porte inferi etc.

primo quod asse[r]cio Christi non esset vera et eius peticio non exaudita

3m quod reddit ideo et inveniuntur spiritus sancti regentis ecclesiam permittentis eam errare

probatio quod ecclesia katholica iuste mutat usum sacramenti altaris et instituit quo ad laycos sub sola specie panis communicari, quia ecclesia auctoritate quam multa ordinavit et mutavit et fidem ordinavit; probatur patet in approbatione quatuor evangeliorum et non aliorum et fide predictorum et sancti ... mutacionem aliorum preceptorum et aliorum in lege contentorum mutando plura precepta scripture

probatio de evangelio

Augustinus

Item de pueris baptizatis quorum salutem sine fide approbat

fidem fundaverunt que nusquam in ca
none biblie reperitur / quam si negare
audeat quis aptius iudicabitur he
reticus / Nam ut dicit Augustinus concordi
ter cum omnibus sanctis doctoribus quod
nis parvulus recenter baptisatus nec
corde credit ad iusticiam / nec ore
confitetur ad salutem / Et tamen in nostra
fidem ecclesie / Et tales inter credentes
et fideles reputantur Unde Augustinus
de baptismo parvulorum c. xviij ponit
parvulos baptisatos professione i. nomine
credencium dictos / non nisi quod consue
tudine antiqua ecclesie canonica
et fundatissima parvuli baptisati
fideles vocantur / Et infra inter
credentes igitur baptisatos parvulos
numerabis / nec iudicare ullo modo
aliter audebis / si non vis aptius
esse hereticus / ergo eos habere vitam eternam
nolo eos sine ista fide et sine sa
cramento huius fidei permittere vitam
eternam / Et infra Nam Racionaria
tiones eorum scilicet pellagianorum ad hoc
videntur compellere sed auctoritati reperi
untur ecclesie / Unde non modica sanctitas
hominum obviantur / sed ipsorum infancium
lacrimis tamquam clamo protrahatur
Ecce auctoritas ecclesie fundavit tibi
fidem / ad quam sub pena heresis
obligaris / et parvulos baptisatos
qui non possunt ore proprio confiteri
ad salutem / nec corde proprio credere
ad iusticiam / ut tales inter credentes
eciam et fideles debeas computare
Item nullus canon biblie te
docet quod si quis mortuus fuit
et non credidit talis salvabitur /
pocius habetur Marci ultimo Qui vero
non crediderit condempnabitur / Fides
vero ecclesie tibi instituit quod firmiter
credas quod parvulus baptisatus si
ante usum racionis moritur salvabitur
Unde Augustinus et ponitur canone
xxx q. j. c. firmissime / Ubi sic
habetur / parvulis vero qui nec dum
propria voluntate credere / nec pro
peccato penitenciam quod originaliter
trahunt agere possunt sacramentum

fidei quod est sanctum baptisma
quamdiu racione etatis eorum capax
esse non potest sufficit ad salutem
Item sola auctoritas ecclesie nobis insti
tuit / ut compatres in baptismo
parvuli fidem pro ipso spondeant loco
ecclesie / Et quod fides ecclesie sufficiat
parvulo sit baptisato quamdiu ad eta
tem non pervenit ad salutem
Et sic auctoritas ecclesie nobis in
stituit / ut parvuli aliorum pedes
ad fidem veniant / et aliorum
corda credant / et per aliorum linguas
in baptismo respondeant / et sic
fidem confiteantur / Et ut per verba
beati Augustini multiloquium in breviloquio
involvatur / que habentur in canone
dis. xj. c. ecclesiasticarum institucionum
quasdam scriptas / quasdam vero
apostolica institucione per successores in
ministerio confirmatas accipimus
quasdam vero consuetudine robora
tas probavit usus quibus paritus
et idem vel usque pietatis debetur
affectus Unde quis aliquantulum sa
cratis scripturarum apertius hesitaverit
Si enim attendenda consuetudinis
ecclesie nisi per scripturas a patribus
traditas nichil conformiter quam re
ligio destinctam laciatur sic inventi
vim respicientibus liquido constabit
Ecclesie enim ut conminde concordiant
scriptura salutifera crucis signaculo
fideles docuit insigniri / Vel que
scriptura digesta super panem et cali
cem presbiteros consecracionis verba
commendavit / Nam vero i. solum in
quod in evangelio continetur / vel ab
apostolo quolibet in scriptura secretis
fidei sed et alia plura adiungit
magna in quod vim commendata
misteriis Ecclesie usus oriente
nos orare litterarum forma docuit
et quod benedicimus fontem baptisma
tis oleo unccionis / Hinc et credit
quod ter oleo in virginum quos bapti
sanamus / vobis ab renunciare sathana
et angelis eius informam
Unde hec et alia in hunc modum

non pauca nisi tacita ac mistica
tradicione apribus eccia^to more ac
reneracioni diligencia sit in misterys
obseruata magis silencia quam publica
scriptis hec ibi Ecce auctas et co
suetudo eccie quanta est Sed adhuc
parum adiciendum est de fide, quam que
dat et stabilit auctas eccie Vnde
Augus ho iii de li ar et hetur de cose
dis iiii Illud perscrutari homines solet
sacramentum baptismi xpi quod pro sit
paruulis cum esse accepto pie per
suoum quisquam quam potuerint
cognoscere Tamen mire satis pro
recte credimus prodesse paruulo fides
eorum a quibus consecrando affert
Et hoc eccie commedat auctas vt
eo quisquam senciat quod sibi prodest
sua fides quando in aliorum bus
qui propriam nondum habet praestem co
modat Item sanctus Thomas sca
2e q 10 ar 12 d Maxima habz
rum et auctem consuetudo eccie
que semper in omnibus est imitanda
scia et ipsa doctrina doctorum katho
licorum ab eccia auctem habz Vnde
subdit magis est standum aucti eccie
quam aucti Augustini vel Jeronimi vel
cuiuscumque doctoris Item hac auctem
custodiz doctoris Item hac aucte
eccie totus canon biblie habz fidem
Item hesdre scribe credimus e eade
aucte qui bibliam innovauit Sic
eccia recepta est translacio bti Jeronimi
aliorum dimissis Item hec auctas
dixit patri et filio et spiritui sancto in
diuinis hec persone nomina Item
eccia ordo festa celebrandi Jeiuniorum
et vigiliarum obseruacio et totus ordo
cerimoniarum ab hac eccie aucte est fun
datus Et hanc fidem credendi et
tenendi Docet spiritus sanctus
per prophetam dum dt Interroga patrem
tuum et annunciabit tibi maiores
tuos et dicent tibi Item auctas
eccie plura mutauit prout supra
sacre et primo de sabbati sanctione
Nam legitur in genesi quod post crea
cionem sex dierum cessauit dominus
die septimo ab omni ope quod pa
trauerat et benedixit diei sep
timo in legittimum sempiternum et
constituit sub penis durissimis

diem hunc septimum a que a cunctis domina
omnibus celebrem obseruari Et pro
feruori ratificatore sue constantissime
voluntatis et pro diligentiori custodia
speciali nomine consignauit dicens Memento
vt diem sabbati sanctifices Nullum
enim aliorum preceptorum tanto memorie
signo consignauit Et precipuo
hunc diem septimum celebrem obseruari
pro speciali causa Requieuit dominus
die septimo ab vniuerso ope quod patra
uerat Et propter hanc requiem dominus
nominat hunc diem sabbatum septimum
diem sabbati Vnde eccia sancta
katholica tempore aplorum obser
uauit hanc formam diuini precepti
nauit hanc formam diuini precepti
Diem septimum sanctificando De
inde vero eadem mater eccia sca
katholica dirigente domino aucte sua
ex certis racionabilibus causis hanc ce
lebritate diei sabbati pter auctem septime
sacre permutauit Item dominus
precepit moysi xiiii in lettrum septimum
vt fidelis celebret populus pascha
domini ad vesperum diei quintadecima
mensis primi Et sic aplorum longe
post ex doctrina fidei septime obseruat
postea vero duce spiritu sancto eadem
eccia katholica attendens diem re
surrectionis dni hanc celebritate
in diem dnicam sua aucte permutat
In super dns precepit leuitici xxiii
et Deutro xii Aplici hoc
abrogauerunt Actus primo precipue patres
ex doctrina spiritus sancti sub hac forma
visum est spiritui sancto et nobis nichil
aliud impono vobis oneris quam
hec necessaria vt abstineatis
vos ab immolatis simulacrorum et san
guinem et suffocato et fornicacione
A quibus custodientes bene
agentes valete Eccia vero docta
spiritu sancto racionabiliter permutauit forma
domino et licud fuerat sicud racionabile
ipsam est hoc obseruare
Item ad mutaciones que circa sacra^ta
eccie contigerunt descendit volo
Eccie sacrum mirum quod est primum de mutacione materie
etate et multiplicitate dignissimum minoris

/tus quo ad locum quia et in loco terrestri / delica
tissimo scilicet in paradiso quo dominus deus est
institutus / Item statu hominis, quia
in statu primus / qui erat innocens et i
mmunis a peccato / Item causa significatione
vel mysterio, minorem eius significat
coniunctionem christi cum ecclesia. Et sanctus
paulus dicit de matrimonio Sacramentum
hoc magnum est / in christo dico et
ecclesia. Et per ordinata multiplicationem
ecclesie summe necessarium hoc tamen sacramentum
in principio sue institutionis erat illi
mitatum / Ita quod masculus et femina
Uterini et germani poterant legit
time matrimonialiter copulari. Et
post aliquantum generis humani multi
plicationem ecclesia dei devovit con
here uxorem in prima linea consanguinitatis
Et deinde propter habundantem huma
ni generis multiplicationem / postquam eius
arctando sacramenti determinavit de
bere contrahi uxorem usque in propinquiori
quam in quinta linea consanguinitatis. Et
sic patet quod certus usus sacramentorum
conceditur paucitati hominum, qui tamen
multitudini ex certis causis denegatur
/ et sic potuit esse, quod in primitiva
ecclesia, quando adhuc pauci erant ho
mines christiani, dabat sacramentum
eukaristie eis sub utraque specie
non sub multis periculis. Deinde
multiplicatis ad magnam numerositatem
christianis ecclesia ex certis causis priorem
modum communionis in sacramento eu
20 karistie immutavit. Item in primi
tiva christianorum ecclesia licuit sacerdo
tibus contrahere uxorem. Deinde
vero ex causis rationabilibus sancta
romana ecclesia hoc sacerdotibus
3o amputavit. Item salvator noster
dominus noster ihesus christus Matthei xix
diffinit ne quis dimittat uxorem
suam excepta causa fornicationis
et si quis dimissam superduxerit for
nicatur cum ea. Deinde autem
ecclesia katholica non solum
ex hac causa, sed ex pluribus causis aliis
romana facit divortium / ut propter
frigiditates et maleficia. Deinde ex
[illegible] / ex causis heresis et pluribus
causis aliis. Ecce quanta auctoritas

ecclesie que tot et tantas fecit mu
tationes circa tam magnum sacramentum
Item christus dominus noster ihesus christus de baptismo
circa ascensionem suam docuit apostolos
suos eisque precepisset et formam
singularem sacri baptismi limitasset
dicens Matthei ultimo Ite et docete
omnes gentes baptisantes eos in
nomine patris et filii et spiritus sancti. Et sic
precipiendo et iniungendo hanc formam
baptismi nullus dubitare permittitur
hanc formam baptismi, quod toti ec
clesie iniuncta et preceptata ecclesie sancte
katholice eadem forma baptismi.
Et tamen non post longum tempus
ipsa [illegible] tempore apostolorum ex precepto sancti
petri tamquam summi pontificis
mutaverunt hanc formam baptismi
per dominum ihesum christum toti ecclesie iniunctam
ac preceptam / formam aliam longe
a priori differentem in hanc scilicet
in nomine domini nostri ihesu christi. Cum
autem hoc nomen ihesus christus / dicat
unam tantum personam, sed duarum naturarum,
hec autem nomina pater et filius
et spiritus sanctus dicunt tres personas et cum
una persona nam patet manifeste
esse differentiam inter has duas for
mas baptismi scilicet in nomine patris
et filii et spiritus sancti / et aliam puta in nomine
domini nostri ihesu christi, quia est diversitas
inter res contentas et significatas
sub specie panis sacramentalis et sub
specie vini sacramentalis / ymmo
videtur quod maior sit differentia inter baptis
mum qui fit in nomine domini nostri
ihesu christi / quam inter communionem factam
sub una tantum specie et communionem
que fit sub duplici specie. Si ergo
potuit ecclesia quod est maius, quare
non posset mutare quod est minus
Nec debet quis dicere, quod ecclesia primi
tiva maioris fuisset auctoritatis [illegible] spiritu dei
quam nunc moderna ecclesia quam dicitur regunt
augeri [illegible]
Nemo dicat ecclesie primitive tempore
valere istis temporibus ecclesie eo quod
christus et apostoli fecerunt miracula
et non nunc, quia tunc fiebant
sanitates corporum / nunc animarum

Conuinc aut dicunt doctores quod
sacramentum habet sibi formam appropriata
mutantur q si de est in applicatione sacramenti
talis forma non est vere sacramentum
quo non differunt baptismus factus in
nomine patris et f et sps sci et baptis
matus in nomine domini nri ihu xpi quia
quo hec forme sunt inter se sic supra
patuit longe differentes Quibus tamen
videtur mihi q hoc velle dicere aut
ponere duplicem sm rem et essentiam
esse baptismum Cum hos bap mos
pono tamen sm formam aut rone
differentes Nam confiteor unum bap
tisma cum sancta et in sancta eccla
katholica in remissionem pctorum Differ
runt tamen adhuc ab inuicem ad tan
tum q eccia sancta statuit ut iam
amplius Nemo deinde sub hac for
Ego te baptiso in nomine dni nri
ihu xpi baptiset Ecce in hoc fun
damentali sacramento quod est via per
quam intratur in dei ecciam et sine
quo non potest alia capi rite sacramenta
quod etiam dicitur sacramentum fidei si
heri posset Et q nec alia saba
mota credit sunt esse necessarium
Ecce dico quia est mutatio quo ad
formam et hoc aucte matris sancte
nris vniuersalis eccie Facto
aut de mutatione forma etiam hoc de
sacramento tam quo ad tempus bapti
sandi quam quo ad etatem baptisan
dorum In primordio eius huius sacramenti
baptizabantur tantum illi qui sciebant
per se fidem vnde post ea aut pro
hibuit eccia ne subsit dampnacionis
periculo pueri vel alii carentes vsu
ronis Item etiam destatuit eccia
q sollempnius baptismus preter
vigilias pasche et penthecostes
non celebraretur et q baptisandi ex
cluso articulo necessitatis quod eta
tem in qua per se vnde fidem sci
rent ad predictas vigilias bapti
sandi seruarentur Hec omnia scorum
patrum canones continet satis plane
ne Item etiam sacramentum dni
ssime eucharistie immutatur per scam

etiam formam consecrandi Nam non
obstante scriptura dicente in hoc vbi
dicitur non addetis ad verbum quod ego
loquor neque minuetis Eccia consecran
do eucharistiam contra verba euangelii
addidit hanc dictionem enim Que etiam
videtur super addere certitudinem et firmitatem
super verba euangelii q hec dictio enim in
proposito certitudinem videtur importare
Forma autem eadem consecrandi est data
aquarum forma cuiuslibet in ore
creaturarum Ex his omnibus et singulis
tam ex fide preter auctem scripture
facere constabilia quam oppinata
rone visus quiuerunt eta facta
cognosci per maiorum aucitas
eccie sancte katholice que continue
regit in via fidei et eccia ea presens
spm Primus ergo dubitare
permittitur nisi infidelibus eorum tamen
vt premissum est mutationibus que
facte sunt eccie aucte quorum digeste
domus matris eadem sancta eccia
katholica communionem apud laycos de
bina specie ad vnam speciem iuste et
racionabiliter permutauit et si debita
daretur audiencia que in differenti
oculo in hac materia aspicerent con
tendentes perducerentur in medium
scripture et rationes sine dubio con
cluderent Sed vnde aut et dum
de se pertinaciter in fide sed moni
bus eccie seu eorum sacratorum eccia
a sancta matre eccia katholica
est grauissimum pctum vnde sancta
commune Scisma in eccia dei
facere grauius pctum reputat
quam legem dei contemptibiliter
cobinire unum quam ydolum ado
rare dum sic inquit Et hec
canone primo q. Non afferamus
stateras dolosas vbi appen
damus q volumus pro arbitrio
nostro dicentes hoc graue hoc
leue est Sed afferamus diuinam
stateram de scripturis sanctis
tamquam de thezauris dominicis et
in illa quid sit grauius appendamus

Cor[m]

q pctm scismatis est valde graue

tempore quo dominus propria delicta recitabat peccatorum exemplis / cauenda monstrauit cum ydolum fabricatum et adoratum est. Et scisma temptatum est et ira dei contra temptatores accensa est. Et ydolatrie gladio punita est. Et expositio libri bellica est de et pugna captiuitate. Scisma vero hiatu terre sepultis auctoribus viuis et ceteris celesti igne consumptis. Nimis iam dubitaret hoc esse sceleratius quam illum quod est grauius vindicaretur. Et beatus Augustinus in epistola contra donatistas et habetur canone xxiiij q. i in Sic dicit. Quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus / quantumlibet laudabiliter viuere existimet hoc solo scelere quod a Christi vnitate disiunctus est / non habebit vitam sed ira dei manet super eum. Ad hunc beatus Jeronimus super illud etiam dixit dominus petro // tibi dabo claues regni celorum de scismaticis dicit / quod non possunt petrus soluere / nec possunt celum intrare / et sic dicit hunc eundem eundem indicanda potestatem habent apostoli hunc et omnes in ecclesia episcopi et presbiteri. Sed ideo eam petrus specialiter accepit / ut omnes intelligant / quod quicumque ab vnitate fidei et societate ecclesie se separauerit nec possunt peccatis solui nec celum ingredi. Item Beda super apostolo circa eundem locum dicit. Quicumque ab vnitate fidei vel societatis petri apostoli / quolibet modo / semetipsos segregauerint / tales nec vinculis peccatorum absolui / nec ianuam possunt ingredi. Sed et beatus Ambrosius tenet et assentit quod in scismaticis / non est vera fides. Sed ad hoc allegat sanctum ciprianum martirem / et habetur canone xxiiij q. i in hac forma. Nam ad se cipriamus episcopum Catarum nec collam putauit vocare nisi vere fidei gratia per veritatem quam sorte

ad illud locorum in scismate regnorum illud quod ecclesia / erat lucifer eius se auctoritate quamuis diuiserit quamque fide copulasset et fidei sue reliquisset heredes non tamen putat fidem esse in scismate. Nam et si fidem erga deum tenet / tamen erga dei ecclesiam non tenebat cuius patiebatur voluit quorum artus diuidi membraque lacerari. Et cum enim propter ecclesiam Christus passus sit et Christi corpus sit ecclesia non videtur ab hiis Christo esse exhiberi fides a quibus passio eius euacuatur atque distrahitur hec ibi. Ecce quam periculosum est esse in tali scismate et nocimentum. Sed quia omnis hereticus quilibet atque scismaticus / dicunt tamen suam fidem et sectam esse veram et katholicam / et omnes homines sectam in sua secta plene suo conuenientem assentiunt esse scismaticum vel hereticum. Ideo necesse est inuenire / quis quid est cognoscendus hereticus vel scismaticus. Ad quod sunt valentes scire / quid est heresis et quid est scisma / vnde heresis est dogma falsum sacre scripture vel fidei vniuersalis ecclesie contrarium. Et appositum pertinaciter defensatum. Et appono in descriptione predicta fidei vniuersalis ecclesie quia propter dogma falsum / quod contradicit non scripture sacre sed fidei vniuersalis ecclesie / sicud est fides / qua fundatur ecclesia sancta katholica / propter autem scripture sacre / scilicet illam / quod paruulus baptisatus si moritur ante annos discretionis indubie saluus erit. Scisma autem est illicita dissensio a communione ecclesie tam eorum inter quos in hoc vnitas esse debet / et sic patet quod hereticus et scismaticus est qui ab vnitate fidei et amoribus ecclesie katholice se disiungit. Item nota

q̄ est heresis

bohemi scismatici

quis est hereticus et scismaticus

de cognicione hereticorum et scismaticorum

est verbum beati Jeronimi contra sextum
dist. xxxv ca. Super illud Si quis
vobis dixerit Ecce hic est christus
vel Si quis ergo promisit vobis, quod in
deserto gentilium et phorum dogmatum
christus moretur, aut in hereticorum pe
netralibus qui dei pollicentur archa
na nolite credere, sed credite quod ab orien
te usque ad occidentem fides katho
lica in ecclesiis fulget. Item ad idem
est Augustinus de quo civitatis super eodem
textu Orientem enim et occidentem
nomine orbem voluit significare
per quem futura erat ecclesia. Secundum al
lium sensum quo dixit dominus videbitis
filium hominis venientem in nubibus
celi Convenit etiam fulgur no
minari quod maxime solent micare
de nubibus Constituta ergo auctoritate
ecclesie per orbem terrarum clara atque
manifesta consequitur discipulos ad
monet atque omnes fideles, ne scis
maticis atque hereticis credant quia
unumquodque scisma et unaquaque
heresis aut latum suum habet in orbe terrarum
partem aliquam tenens aut in ob
scuris aut occultis conventiculis curio
sitate hominum decepit ad quod pertinet
quod ait Si quis vobis dixerit, ecce
hic est christus, aut illic quod significat terrarum partes aut provinciarum
aut in penetralibus, aut in deserto
quod significat et occulta conventi
cula hereticorum Ex quibus verbis patet
luce clarius quod quilibet fidelis debet
diligenter aspicere ad fidem, que ful
get ut inter omnes quinque partes
in toto orbe et illi debet fideliter
adherere Et constat quod fides que
hec tenetur in regno Bohemie de
communione calicis, cum aliis multis
punctis quia non fulget in orbe
terrarum ab oriente in occidentem
Ideo hec fides dividit et scindit
sic credentes ab omnibus in toto
orbe christianis Et ideo ergo tales
bohemi sunt divisi credentes, non
sunt scismatici Item Augustinus super

psalmo lxx° super illud verbum polluerunt
testamentum eius sic dicit legem testa
menti eius quod polluerunt in semine
tuo benedicentur omnes gentes Et
post pauca in hoc ergo quod promissum
est testamentum in semine tuo benedicentur
omnes gentes et in qua dimisisti uni
tatem omnium gentium et in parte rema
nsisti polluisti testamentum eius hec
Augustinus Ad hunc audi Augustinus in
et habetur in canone scrobi dorcet
cognoscere scismaticos sic inquit
etiam sanctitatibus fidei consentiunt
et veritate ecclesie katholice et so
cietati non conveniunt Sed ipsam
disrumpunt societatem, Non volentes
cum fraternitate universa communicare et
cum in corpore ecclesie hii ecclesia non sunt
in ecclesia nec in Ecclesie katholice
unitate in mali deficientes prima
ad unitatem ecclesie katholice requisito
huiusmodi autem sunt scismatici qui simo
res ac deifica et ecclesiastica discipli
ac actus sui gubernatorum nec morum
pacem tenent qui licet in facie zelum
habent legis et cetera dei et prophetarum
quos etiam se complere contendunt quam
ex ecclesiam scindunt qui potiorum
a clero plebis et pastore proprio molliunt
evellere et fraternitatis bene sibi in
vicem coherentis gluitinum et concor
diam dissipare catholici non sunt
nec sunt in ecclesia hec Augustinus Item
ad idem ipse Augustinus loquitur et habetur
capitulo xxiiij q. i. Et est contra dona
tistas sic dicit Quemadmodum credunt
quod christus in carne venit in qua
natus et passus est et cetera Sed tamen
ab eius corpore quod est ecclesia dis
sentiunt ne corpus quid sit cum
toto corpore quocumque difficilium
sed in aliqua parte separata inveniuntur
manifestum est eos non esse in ecclesia
katholica hec ibi Anglicus ergo
esset et secundus cum omni ecclesia
convenit Item dicit Augustinus et habetur
in canone xxiiij q. i. ca° Omnis
catholica secundum eam partem detes
tatur cuius etiam universalem apostolicis
sedibus roboratam non communicare

ap bohemi sunt scismatici

quod est heresis

cognoscit. Item Conhardus hec in dictis
suis super cantica sermone lxvi sic de
scismaticis et hereticis cognoscendis
dicit: Non ignoro quod se solos esse
corpus christi gloriantur, et sibi hoc
persuadent. Persuadent hanc potestatem
se habere cottidie in mensa corpus christi
et sanguinem consecrandi ad nutriendum
se in corpus christi et membra, et sub-
dit: Nempe seducunt eciam sed
cum dicunt ei qui dicit: Non potest
abscondi civitas supra montem posita,
et infra irridet nos qui baptisamus
infantes quod oramus pro mortuis, quod
sanctorum suffragia postulamus. Non
credunt ignem purgatorii restare
post mortem, sed dicunt statim ab
soluta a corpore vel ad requiem transire
vel ad dampnacionem, quod est heresis
Waldensium. Concrevit ergo ab eo qui
dixit quod peccatum esse quod neque
in hoc seculo neque in futuro remittetur.
Cur hoc dixit si nulla manet
in futuro remissio purgatoria peccatorum?
Nam quid vos quia ecclesiam non cognos-
citis non est mirum si ordinibus ec-
clesie detrahitis. Sic insultant non
recipiunt sacramenta contempnunt, si
mandatis non obediunt, peccatores in-
quiunt sunt apostoli, archiepiscopi, episcopi
et prelati, ac per hoc nec dantes
nec recipientes ydonei sacramentorum.
Numquid ista duo conveniunt episcopum esse
et peccatorem? Falsum est. Episcopus erat
Caiphas et tamen quantus peccator,
qui in dominum mortis dictabat sentenciam.
Apostolus erat Iudas et licet avaris-
simus et sceleratissimus electus a
domino. Iohannis vi. Non ergo inquit
elegi vos xii et unus ex vobis
est dyabolus. Supra kathedram
Moysi sederunt scribe et pharisei, et
qui non obedierunt eis tamquam
episcopis inobediencie rei fuerunt,
et in ipsum dominum peccaverunt precipiente
et dicente que dicunt ab servate et
facite. Patet ipsius scribe quamvis
pharisei quivis videat maxime et
maximos peccatores propter kathe-
dram tamen Moysi ad eos nichilo-

minus quod ait dominus: Qui vos au-
dit me audit, et qui vos spernit
me spernit. Et subdit multa quidem
et alia hunc proposito studio et insipiencia
aspiratibus erroris in ypocrisi loquencium
mendacium mala persona sunt. Sed
non est respondere ad omnia, deinde
labor infinitus et minime necessarius.
Nam quantum ad istos nec racionibus
convincuntur quia non intelligunt, nec
auctoritatibus corriguntur quia non
recipiunt, nec flectuntur persuasionibus
quia subversi sunt. Probatum est quod
mori magis eligunt quam converti,
et ceteros ad hec arta lites. Hec
ibi super et patet per plura istorum
quod heu in regno Bohemie sunt [quod Bohemi se se sciunt]
multi tales qui in materia fidei et ecclesie
et circa seu in moribus ecclesie
speciales tenent pertinaciter opiniones
contra totam universalem sanctam
matrem ecclesiam. Et quero ab adversario
an ante annos viginti tunc quando
tenebatur in Bohemia fides cum romana
ecclesia, sic quod omnis eis sub una specie
sufficeret laycali populo ad salutem
non obstante alio impedimento et aliis
punctis in quibus nunc ceteri de
Bohemia a romana ecclesia discordant,
aut tunc Bohemia fuit pars via
membris sancte katholice ecclesie vel
non. Et supposito quod nullus Bo- [si non tunc nullus fuit in ea salvatus]
hemus sane mentis dicet quod tunc
Bohemia non fuisset pars membrum
sancte ecclesie katholice quibus
sic in Bohemia nullus tunc fuisset
salvatus, quia extra talem ecclesiam
nulli est salus, racioni Ergo si hoc
amo dicit quod fuit pars membrum
sancte ecclesie catholice, tunc quero:
quo, ergo adhuc manet pars
ecclesie predicte, quoniam a quo posse fidem
permutavit et tenet aliam fidem
a fide communis ecclesie omnis se dicit
esse probum. Sapientes hoc per-
niciem iudicare sciunt, quod eo quod
Bohemi non audent sua fide
dare ad cingendum iudicium ka-
tholici iudicis contra regnum Bohemie

tenetis fidem cum communitate christi
declinans quod tales bohemi sint suspecti
de heresi et scismate Secundo quia con
temnunt gladium materialem et spiritualem
mittunt contra alios christianos qui
tenent cum communi ac generali fide
ecclesie Tertio quia magistri et sacerdo
tes Bohemi tenentes quod communio sub
utraque specie sit hominibus de neces
sitate salutis dicant quod omnes con
trarie gentes sunt fidei inimici et
ideo non audent consentire suis ma
gistrorum doctorum et aliorum scienti
ficorum virorum de contrariis gen
tibus publicam audienciam et
informacionem dicentes astute more
hereticorum quod non est tentandum doc
trinam dei et fidem katholicam ad
iudicium hominum et presertim peritorum
Sed unde hoc probabunt se solos esse
fideles cum nulla signa sanctitatis neque
miraculorum in eis appareant

De tribus autem aliis articulis pau
cam dicam Primo de libertate verbi
dei quam concupiscitis quod libere verbum
dei sine impedimento predicetur Non
dubito quin verbum dei in regno bo
hemie habuit ordinatam libertatem
super omnia alia regna mundi Sed
sacerdotes qui heu per eorum de ordi
natas predicationes primo malum
quod in regno bohemie dominis heu
dyu continuatur scisma quod suscitarunt
multo tempore nec ab actu predicationis
eorum desistunt hoc originalibus suis
pendant et privant Ideo astuti
prohibent constitutiones per eos subordina
tam prohibuerunt ne quod iustum
est patiantur Sed in cautelam
debet esse illud proverbiorum xxii
Eice derisorem [exibit iurgium] cessabunt
et cause cum eo et contumelie
Super quo dicit Beda Eice hereticum
qui corrigi non potest de ecclesia
et cum illi libertatem predicandi
abstuleris ecclesie katholice amplius
non pestes Ideo officiales spiritua
les propter dispensationes in corporis

officiis non impediebantur qui sine
dubio de libertate ordinata predicandi
providebant Caveatis autem ab inordina
ta libertate predicandi docentes vos
mala plurima atque que communiter inordinata
libertate predicandi sine operta sunt vel
in summa vel in peccata mutabis
Secundo de manifestorum peccatorum coer
tione Det deus omnipotens ut hec
fiant in effectu et omnia mala in ecclesia
dei moriantur Sed tamen sane scire
debetis quod etiam ecclesia sancta spiritu sancto non
nunquam prudentissime tolerat
minora mala propter infirmitatem hominum
ut per hoc maiora mala sint sopita
Et sic ut dicit glossa in prologo ante
leviticum meretrices publicas in
civitatibus esse permittit Nec res
publica propter imperfectionem multorum
que castitatem servare non possent
dissensionibus que propter libidinem
insurgent conturbetur Et ad hec
augustinus in libro de ordine sic dicens
Aufer meretrices a civitatibus
et omnia conturbabis libidine etc
Tertio de ablacione temporalium a
clero videte ne regnum a clero
spolietis et sic ne spirituales ducis
a deo etiam auferatis Contra
vero tamen hanc intencionem sunt
decreta sanctorum patrum in canone
tamquam prolatum per eos Nec
seculares ad hoc faciendum habent
legittimam potestatem Caveatis
autem vobis ne avaricia agitet
corda vestra vel alia affectio
inordinata Item sacerdotibus
vestris erroneis et insipientibus
non sic de facili fidem date qui
vos ad hos errores induxerunt
non apponite et non cumulata
mala prioribus malis que fe
cistis Doctores magistros et
viros sapientes aliarum nacionum
super vestra informatione immediate
et forte publica audiencia ordina
ta quam vobis dari a domino
rege sepe postulastis in col
[illegible] magistrorum doctorum

et aliorum honorabilium virorum de
regno expulsorum puncta possent re
haberi etc. ¶ Hec quatuor
sunt puncta in quibus contra dei
volentes etiam concordastis. Sed multa
puncta alia sunt propter que ad invicem
contenditis et litigatis, nec mirum.
Nam Beda super illud proverbiorum
Inter superbos semper sunt iurgia
qui autem cuncta agunt cum consilio
reguntur sapientia. Sic inquit
Iurgantur inter se semper heretici.
Iurgant et ceteri reprobi quia non
honorant veritatem esse unitate
fidei et veritatis. Fideles autem
qui consilio divini dogmatis suam
non cessant regunt in ordina
tione sapientie qui iurgari non sinunt
sicut ibi. ¶ Licet vos autem intra se
et contra se essetis divisi in malo
tamen vobis mutuo consentitis
et sicut vulpes in capitibus essetis
divisi, in caudis tamen quibus
post malum trahitis estis colligati
ut vulpes. Ecce nunc de vobis
verificatur illud verbum quod scribit
beatus Augustinus super psalmo Exultate
deo adiutori nostro, super illo verbo
Israel si me audieris non erit
in te deus recens et loquitur de here
ticis vel scismaticis inter cetera
sic dicens: Vulpes enim opinionum
varietate discordant, similiter tamen
vanitate colligantur. Ideo Sampson
vulpium caudas colligavit, et ignem
alligavit, incendit messes
alienigenarum scilicet philistinorum.
Sampson interpretatur sol eorum, id est populus
qui est sol eorum scilicet quibus lucet
ipse. Non enim est sol de quo illi
dicturi sunt: Erravimus a via veritatis
et sol iusticie non illuxit nobis.
Et alibi sol iusticie est in penis
eius, vulpes autem sunt insidiosi
et maxime heretici latentes in te
nebris et ramosis anfractibus,
decipientes et ore mentientes, de quibus
in canticis dicit sponsus: Capite

nobis vulpes pusillas que demoliuntur
vineas, id est conventicula hereticorum qui etsi
dissentire ad invicem videantur,
in malum tamen in cauda id est in pos
terioribus consentiunt et simul unitate
tenentur et igne corrupte que caudis
trahunt incendunt messes. Hec
Augustinus. Ut supra. ¶ Amantissimi bo
hemi redite ad cor, videatis ne
hec pravitates hereticorum et scisma
ticorum insint vobis. Congrega
mini omnes dispersi, reddite ad can
cellas sancte matris ecclesie, ubi est
una fides sicut est unus in ca
pite dominus Ihesus in secula benedictus.
¶ Sed ut verba amputem
finem laborique imponam, restat ex
hortari ex caritate populum cui scribo
ut declinet a malo faciatque quod
bonum. ¶ Primo michi est ad te
populo sublimis regni Bohemie,
et presertim tibi amenissima civi
tas Pragensis, tum sim velut
incognita persona, et nullus pene
noverit. Ideoque verecundum
ac onerosum michi consideranti
quis quibus scribam, quia aliter
hoc alius indicare posset. Sed
lenius rem verecundiam presumptam
tollerare, quia apud deum preteriti
veritatem silencio et absconsione
iusticie condempnari. Ipse enim
dicit: annuntia populo meo scelera
eorum. Erit michi in testimonium
ante faciem domini. Si dicere
potes iusticiam tuam non abscondi
in corde meo et veritatem tuam et
salutare tuum dixi, propheticum ferre
reor, tamen verecundia relictata p
me pluralitate scribere sermonem rudi stilo
Ad populum gloriosum sua incorporata
parvula et parva, si forte audeat
et quiescat. Scimus siquidem si homines
isti redierint ad patrem pauperis
qui non credunt potentum minus
Nonne quodam in babilone ad
vocem pueri mutaverunt omnis ille
populus qui senibus iniquis seductus

indicabus fuerat rensus e admiratu
et sit finalis sanguis innocentis e
in die illa Ita nunc quoque et si ad
adolescentulus sim ego et contemptus
dico non annorum paucitate sed natura
potens est tamen deus est dare voce
pueri vocem contra alios veritatis propter
fiat ut et plus quod nichilominus
testatur et seductio ad iudicium reuertat
Mea autem defensio adversus vos qui
me persequimini pro hoc scripto et impugnatur
dentem mordace est quia infideli
tate e anime contusa et portio e
michi cum bohemis et hinc e quod regni
dolor meus est anime penitus alienus
Dimitte ergo me queso dimitte ut
plangam paululum apud vos
dolorem meum sed non meum
tum sed et totius regni Bohemie
Nonne dolor et clamor est hodie
primissimum regnum caput meum
doleo dolor autem infidelitatis
atque scismatis fere per totum regnum
et specialiter in amenissima civitate
Pragensi est diffusus et ut in hac
habundancia loquar lacrimarum in tua
approbacione maior erroris Nonne
doctores magistros prelatos sacerdo
tes diversos religiosos et omnes quos
hominis katholicos a te turpiter eie
cisti ipsos quoque demum domibus et
rebus tuis manibus spoliasti
O Pple stulte et insipiens Mea
columba nonne illi et caput cor
et oculi tui erant Tuum ergo
nunc o Praga immo quid nunc
bohemia nisi sine capite truncus
corpus sine oculis frons effossa
facie tenebrosa Aperi gens
misera oculos tuos et vide de
solacium tua Tuo in brevi muta
tus est color tuus optimus facta
est quasi vidua domina gentium
principes provinciarum Revertere revertere
Sunamitis revertere ad cor et agnosce
vel iam sero et recordare in quo
statu primates qua tua causa
et que in ea agitis Cum tuam
fidem katholicam reputas Ecquid

sed rogo racionis libra discuciat
quo fides tua diligit decorem domus
dei et locum habitacionis glorie sue cum
irrecuperabiliter perit decor domus domini
tamquam promissum regnum bohemie
commandus tuis tua fide indicata
et hoc suadente Dolor quis te docuit
si non fides tua civitates opida
villas monasteria castra municiones
et alias diversas hominum habitaciones incipe
tenere et tonbinte Insuper tua
fides in te extinxit caritatem
et hinc nos primum Nonne deinde
antique civitatis tuos mactetur
pessima perstrauisti Tanto quod nulla
hominum tam spiritualium quam secularium
per regnum Bohemie gladio et igne
atrocissime consumpsisti Inter tua
tanta mala reputo non minimum tua
maxima spolia que fecisti Tuum
mo vel latri amplioris vel carioris
preci arridet tibi nisi quod in eo non
bellissima tua sunt meliora sponsus
Tuum tunc quam multi non solum de
plebe sed eciam de clericis et de prima
tibus nonnulli perierunt in pessimis
dogmatibus et insipientie tuo
fauerunt tibi Nunc vos sicud ma
nus tue contra omnes sic manus
omnium contra sunt contra te Numquid
est a sagone tuo indubius dimis
perter te et filios tuos qui in te
sunt Ve ergo nunc Pple miserande
et ve duplo quia ante Ve non
tam ab exteris nacionibus non tam
a feritate barbarorum ve eciam a fa
cie tuorum tibi Ve a domesticis
et amicis a clade et abintestina
crudelitate proditorum et acerrimo
nubus viscerum Quare enim con
vos mutuo insurgitis rabie
scismatis agitati Sic quia dum
ad unitatem ecclesie non reducimini
magis ac magis vos
mutuo destructis ut patet
in vestra flagrancia monetari que
annichilatur sicud vos Ve tibi
fratia fratre in medio tui et a fi
liis et aputibus Ve non solum
ex gladiis sed a laboribus iniquis et

et aliqua dolosa. Admonensque in malo vos alterutrum confortatis et labiis invicem statis, invicem perditis et abinvicem consumemini. Congregacionem oves disperse, redite ad pascua, redite ad ovile sancte matris ecclesie katholice, redite prevaricatores ad cor, quod loquor non quasi hostis comminans, sed quasi amicus obiurgans, quia vera amicitia non umquam obiurgatorem, adulatorem vero numquam. Sed precibus obsecracionum adiungo, obsecro pro proposito reconciliamini deo creatori et redemptori vestro, reconciliamini sanctis martiribus Vito, Wenceslao, Sigismundo, Adalberto et proprio vestris patronis, qui quondam apud vos, sed propter grande peccatum, quod multiplicatis et peccastis in eo et persistitis, reconciliamini ecclesie omnium sanctorum, quorum ubique tamen audito hoc verbo scandalizati sunt. Alioquin pagina ista contra vos in testimonium erit. Sed iam finem loquendi omnes pariter audiamus. Amicitiam iusta clade, commonicionem periculum, exhortacionem voluntate, hortatus sum ad meliora. Superest ut aut devotacionis penitencia et correpcione letetur ecclesia, aut de iusta imminente dampnacione lugeat, afflictionibus et habitis contemnore et expectacione que superveniet universo orbi etc.

Tractatus magistri Symonis de Thisthnovo

Utrum eciam sancta katholica statuere potuit ut corpus domini sumatur a laicis sacramentaliter absque sumpcione sacramentali sacri sanguinis eius. Et videtur quod non propter decretum Christi Johannis VI: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Item prime Cor. XI dicit apostolus: Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis, quia dominus ihesus in qua nocte tradebatur accipiens panem et gracias agens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemoracionem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Hic est calix novi testamenti in meo sanguine; hoc facite quocienscumque biberitis in meam commemoracionem. Et habetur similiter in canone misse. Item Gelasius papa, sicud habetur de conse. di. II: Comperimus quod quidam sumpta tantummodo sacri corporis porcione a calice sacrati cruoris abstinent, qui procul dubio quia nescio qua superstitione docentur astringi, volumus quod aut integra sacramenta percipiant aut ab integris arceantur. Preterea ad perfeccionem huius sacramenti pertinet manducacio corporis Christi sine sanguine erit sacramentum imperfectum, quod ad sacrilegium pertinere videtur. Unde Gelasius ibi supra subdit, quod divisio unius eiusdem misterii sine grandi sacrilegio esse non potest. Item Ciprianus in epistola ad Cecilium scribit quod quidam episcopi vel ignoranter vel simpliciter in calice dominico non hoc faciunt quod ihesus Christus dominus et deus noster sacrificii huius auctor et doctor fecit et docuit. Nam si sacerdotes Christi sumus, non invenio quem magis sequi quam Christum debeamus. Item si in lumine Christi ambulare volumus et precepta eius et monita

Non recedamus, et eadem que magistri docuit et fecit discipulos suos observare et facere, neque ipse apostolus neque angelus de celo potest aliud nunciare preter quod Christus nunciare docuit sicut et apostoli eius annunciaverunt. Item ad hoc inducte sunt auctoritates sanctorum et doctorum, et sic pro negativa questionis procedit. Contra

Item opponitur et pro parte affirmativa est consuetudo totius ecclesie romane que est magistra et doctrix totius veritatis ad salutem pertinentis. Confirmata in concilio Lateranensi ubi determinatum fuit quod etiam in articulo mortis laici non communicarent sub specie sacri sanguinis que consuetudo etiam fuit iam approbata per sacrum generale Constanciense. Unde Augustinus loquens de auctoritate romane ecclesie in libro de cura pro mortuis agenda sic ait: Etsi nulla esset auctoritas sacre scripture que doceret orare pro defunctis, tanta est auctoritas ecclesie romane et eius consuetudinis, quod nullo modo potest errare, et ergo pro lege firmissima sine dubitatione est tenenda. Et dicit sanctus Thomas 2a 2e q. iiii articulo xii dicit maximam vim habet ecclesie consuetudo, que semper in omnibus est emulanda quia et ipsa doctrina katholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem habet. Unde subdit quod magis standum est auctoritati ecclesie quam Augustini vel Ieronimi seu cuiuscumque doctoris. Item Augustinus ad Januarium dicit quod conciliorum in ecclesia est saluberrima auctoritas quibus etiam negocia ecclesie terminantur. Et in libro de fide katholica dicit: Si quis aliquas scripturas aliquas preter illas quas ecclesia katholica recepit vel in auctoritate habendas esse tradidit, sive venerat(ur), anathema sit. Item Gregorius decretorum [illegible] dicit: Sicud sancti evangelii iiii^or libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor, et subdit: cunctas vero personas quas prefata concilia venerantur amplector, que dum universali consensu sunt constituta, se et non sunt illa destruit

quinsque qui presumpserint absolvere quos ligaverunt aut ligare quos absolvunt. Item Ambrosius contra Novianum de concilio generali Lateranensi [illegible] sequens statutum generalis [illegible], a quo me nec mors nec gladius poterit separare. Item Augustinus ad Cassianum presbiterum dicit: Mos populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt, et sicud prevaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Item beatus Ieronimus super [illegible] dicit quod plures evangelia scripserunt, sed quatuor tantum sunt per ecclesiam recepta, et propter [illegible] ipsa [illegible] dicit acta Andree apostoli et Thome apostoli esse apocriphos, et similiter evangelia Tadei, Thome, Barnabe, Petri, Bartholomei, et Andree apostolorum dicit esse apocrifa et propterea invalida, quia non sunt ecclesie auctoritate firmata. Ex quibus patet clare quod ecclesia katholica potest constitutiones, tradiciones et precepta facere, articulos fidei explicare, dubia emergencia interpretari et obscura quoque declarare et reserare, neque potest aliquo errare in hiis que sunt de necessitate salutis quia regitur a spiritu sancto. Item testimonio Christi hoc confirmatum est, Luce xxii: Petre rogavi pro te ut non deficiat fides tua, ubi omnes doctores tenent quod intelligitur de fide ecclesie adversus quam porte inferi non poterunt prevalere. Item hanc auctoritatem condendi, statuendi, determinandi, interpretandi et declarandi habet ecclesia katholica et summus pontifex, ceteri prelati, rectores et pastores pro diversis temporibus, locis et qualitatibus causarum et personarum, sicut expresse legitur Mathei xxiii: Super kathedram Moysi sederunt scribe et pharisei; quecumque dixerint vobis facite. Item alibi: Qui vos audit me audit, et qui vos spernit, sicut patet per omnes postillas et glossas sanctorum et doctorum in eisdem passibus. Unde Bernhardus in libro

Hyllario et Ambrosio dicuntur pro generalibus

de auctoritate

de auctoritate generalium sed ecclesie

Quod ipsa sacra ecclesia catholica non potest errare, sed et confirmatur et auctoritate Christi

X

dedispositione et precepto apostoli. Sive deus sive homo solitarius dei mandatum quodcumque tradiderit, non aliter accipiendum est quam si preciperet deus eternus evidenter est [illegible] pseudo [illegible] sive homines sive angelos hominibus suis patefaciat beneplacitum deus. Ex quibus patet

patet affirmativa conclusionis. Sed eciam controversia est inter adversarium ecclesie romane et eiusdem ecclesie obsequiosum defensorem de isto termino ecclesia katholica. Ideo pro responsione conclusionis primo ostendendum inducta summarum doctorum quid sit ecclesia katholica sicut est articulus in simbolo apostolorum et niceni concilii contento. Secundo breviter ostenditur quod ecclesia katholica potest aliquis constituere etc. ut supra dictum est, et respondetur aliquibus obiectionibus adversarii. Tercio finaliter respondebitur ad quesita. Ex primum ad primum dicunt doctores quod ecclesia sancta katholica sicut est articulus fidei aliud est quam archa domini in qua boni et mali electi et reprobi usque ad finem seculi continentur quorum omnium est caput Christus. Unde Augustinus in expositione huius articuli dicit: Sancta vero ecclesia est que baptismi sacramento peccatorum contagione deletis fraternitatis [illegible] in [illegible]. Et katholica dicitur id est toto terrarum orbe diffusa hec vero a solis ortu usque ad occasum omni fidei splendore diffunditur et in uno corpore continetur cuius caput est Christus. Item de fide ad petrum dicit: firmissime tene et nullatenus dubites archam dei esse katholicam ecclesiam et in ea usque ad finem seculi frumento mixtas paleas contineri. Hec etiam bonis malos sacramentorum communione misceri et in omni professione [illegible] sive clericorum bonos esse simul et malos. Idem super psalmos [illegible] deus dicit de finibus [illegible] multi scripturarum sacrarum testibus asserta sine debet katholica ecclesia toto orbe diffusa

et debet malorum commixtione usque in finem seculi quod boni in sacramentorum communione sociatate non obsunt adversus donatistas manifestatur. Aliosque sunt in similiter errore et ab unitate dissentientes hec Augustinus. Ex quibus patet quod illi sunt heretici ut donatiste et manichei qui dicunt quod in ecclesia sancta katholica est tantum numerus omnium predestinatorum sicut secta hussitarum dicit et affirmat. Item gregorius super illud: Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias dicit: ex parte ostenditur quia per has regis nupcias presens ecclesia designatur in qua mali cum bonis conveniunt. Item idem dicit: simile est regnum celorum decem virginibus etc. ubi hec nomine complecte quod corpus omnium illarum fatuarum et prudentum dicit esse sponsum. Ex sic patet quomodo accipienda est ecclesia katholica ut est articulus fidei in qua sunt due potestates terrena et spiritualis. Et est hugone de sacramentis libro v parte ii ca. iiii terrena potestas caput habet imperatorem spiritualis vero summum pontificem. Ut dicit Ieronimus super illud ait petro: Tibi dabo claves regni celorum habuerunt signum et alii apostoli eandem iudiciariam potestatem quam habent nunc omnis ecclesia in episcopis et presbiteris. Sed ideo eam petrus specialiter accepit ut omnes intelligant quod quicumque qui ab unitate fidei et fidelium se separant nec peccatis solvi nec celum ingredi possunt. Etiam omnes apostoli et aliquos suos successores accepit sive potestatis [illegible] ut eis in omnibus tamquam membra capiti obediunt. Unde glosa ibidem dicit: Ideo enim eum principem apostolorum constituit ut ecclesia unum principem habeat pape vicarium ad quem diversa membra recurrerent quod si diversa capita

[Margin notes: positio [illegible] — quod ecclesia catholica — eo quod [illegible] — misterio [illegible] fidelium]

essent in ecclesia unitatis vinculum
rumperet. Sicut ergo in corpore naturali
est ponere caput unum, in quo sunt
omnes sensus, et plenitudo sensuum
Sic in ecclesia katholica militante
est ponere caput unum scilicet romanum
pontificem in quo est plenitudo
potestatis et auctoritatis et ad hec sunt
multa dicta sanctorum et doctorum, et
successorum petri, qui fere omnes
fuerunt martires, usque ad silvestrum
ut linus cletus anacletus, mar
cellus, marcellinus etc. qui asse
runt quod sicud summus pontifex roma
nus est caput ecclesie militantis
i. totius populi christiani per mundum diffuse
Sed romana ecclesia est caput omnium
ecclesiarum per mundum diffusarum, que
aliud quam romana ecclesia sentit neque
sentire neque docere permittitur, sed
eidem se conformare debet. Unde
Sixtus papa xxiiii q. 1 Hec est fides ro
mane ecclesie, omnes hereses destru
ens et nullam sonet, cuius confessio
a domino ihesu christo glorificata
cuius fides heresim nullam umquam
sensit. Item beda in sermone beati
johannis baptiste hodie dilectissimi
dies illuxit etc. et infra eius
illa mater et magistra omnium ecclesiarum
ecclesia romana eius dedicata est. Ego
pro te rogavi petre, ne deficiat
fides tua, in honore johannis
baptiste post salvatorem nostrum et
matrem eius consecrata est et
signata. Ex quibus dictis patet
quod ecclesia romana est caput
omnium ecclesiarum per orbem diffusarum
quam omnes in divinis officiis prosequi
debent honorifice, et contra
hanc ecclesiam katholicam nemo
potest salvari. Unde Augustinus in libro
de correctione donatistarum ad bo
nifacium comitem dicit. Ecclesia
katholica sola est corpus christi
cuius caput est salvator corporis
sui. Extra hoc corpus neminem
vivificat spiritus sanctus. Non sicut

Itaque spiritum sanctum qui fuit contra ecclesiam
Item idem ad petrum de fide, firmissime
tene et nullatenus dubites omnem
hereticum et scismaticum cum dyabolo
et angelis eius eterni ignis incen
dio cremandum, nisi ante finem
vite fuerit reincorporatus et reinte
gratus ecclesie. Item sanctus Thomas
secunda secunde q. 1 articulo x, movet
questionem ad quem pertinet articulos fidei
et alia universalia statuta totam
congregationem fidelium concernentia sta
tuere determinare. Et proposito videtur
quod ad summum pontificem cuius princi
palis auctoritas super totam ecclesiam con
cessa est a christo. Ex quo patet
propositum dicendum. Patet etiam quod
adversarii de secta hussitarum non
debuerunt aliqua novitate in populo
regni bohemie in ritu sacramen
torum seu divinarum traditionum induce
re preter communem consuetudinem totius
ecclesie, sine consensu aut consultatione
summi pontificis et ecclesie romane
quoniam contra hoc ab unitate fidelium
se scissura faciendo diviserunt. Sic
etiam scribit Richardus contra fratres
lugduni celebrantes conceptionem
virginis, sine romane ecclesie auctoritate,
sine quo eos acriter increpavit. Post
hec procedendo ad secundum quantum ad ti
tulum conclusio. Dicendum quod ecclesia
katholica potest facere constitutiones
traditiones cerimonias, et precep
ta pro salute fidelium et divini
cultus honestate, quoniam non minoris
auctoritatis est ecclesia ewangelica
quam mosayca que hoc fecit
ergo et ewangelica potest facere
Patet hester 9° ubi iudei con
stituerunt xiiii diem adar
esse sollempnem. Item Judas
machabeus et fratres eius cum univer
sa ecclesia israel constituerunt ut
agatur dies dedicationis altaris
ab anno in annum per dies octo
primi machabeorum iiii. Item david con
stituit cantores et summos sacerdotes

quod ecclesia catholica
sive romana potest
facere constitutiones
etc., quia mosayca
hoc fecit

438.

palpon xxxv. Consimili ergo tradiciones ecclesie que spectant ad religionem et honestatem non sunt reprobande sed laudande. Alioquin veniet super illos quod Deuteronomii xvii dicitur: Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat deo tuo et decreto iudicis, morietur homo ille. Item in novo testamento ecclesia primitiva aliqua ordinavit que Christus expresse non ordinaverat ut patet Actuum xv ubi dicitur: Visum est spiritui sancto et nobis nichil ultra imponere vobis oneris quam hec necessaria ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum sanguine et suffocato. Et beatus paulus ad thimotheum vi: Cum ipse et sui pertransissent civitates tradebant eis custodire dogmata que erant decreta ab apostolis et senioribus qui erant ierosolimis. Si autem dicat adversarius quod illa decreta habuerunt a spiritu sancto, dico quod verum est et modo ecclesia. Idem spiritus est qui revelat misteria in ecclesia sua. Nonne vides quid dominus dicit Johannis xvi: Multa habeo vobis dicere que non potestis portare modo, cum autem venerit spiritus ille veritatis docebit vos omnem veritatem. Glosa: necessariam saluti vestre. Ergo dei ecclesia alia addit quam Christus corporaliter docuit saltem explicite. Doctrina spiritus sancti et Christus non potest errare neque in fide neque in moribus. Et hec est illa unctio de qua Johannis in canonica dicit que docet de omnibus. Item beatus dionisius pauli discipulus scribit pulcherrimum librum de ecclesiastica ierarchia in quo docet ritus et cerimonias tam magnos sacerdotes et presbyteros dispensatores sacramentorum tenendas et habendas. Sed querit

adversarius utrum doctrina Christi sufficiat ad salutem, et per hoc volens institutiones ecclesie reprobare et per quas iam exstant. Et quia questio est multiplex et perplexa. Nam si dixerimus quod non, inimicus fidelium scandalizabitur; si dixerimus quod sic, statim dicet adversarius quod institutiones ecclesie superflue sunt. Et ideo sapientibus breviter posset dici implicite vel explicite doctrina Christi sufficit vel quantum est de se vel quoad imbecillitatem nostram. Tamen istud multipliciter distinguentes querendum est quid adversarius appellare velit doctrinam Christi. Si solum illam quam ipse ore proprio dixit, tunc clare superfluit apostolorum doctrina et non tenemur ad illam. Si illam quam ipse dixit per se et per apostolos qui secum erant, tunc superfluit doctrina pauli. Si autem per doctrinam Christi intelligit verba que dixit per presidentes in primitiva ecclesia, tunc presidentes ecclesie habent eandem auctoritatem, quia sicut verba illorum erant Christi, ita et verba eorum qui nunc presunt, eo quod spiritus regit illam et istam ecclesiam toti orbi dictum est: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Et: Vos non estis qui loquimini etc. Et: Qui vos audit me audit etc. Et sicut scientie liberales sunt ancillares sacre theologie ut tradunt doctores super illo verbo Proverbiorum ix: Vocavit ancillas suas ad arcem, sic declarationes, precepta, sanctiones, consuetudines sunt ancillares ad ea que sunt de necessitate salutis propter debilitatem creature racionalis. Unde propheta: Declaratio sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis. Et Danielis ultimo super isto verbo: Transibunt multi

Addendo primitive ecclesie

utrum doctrina Christi sufficiat ad salutem

nec multiplex erit scia q dicunt gloze q hoc erit p oppositom et declaratom sacre scripture Ephus clare responsio ad omnia patet que adversarius posset obicere in hac pte eo q sepe in scriptura legitur non addes aliud neqz diminues Hus illius p verborum xxx pot intelligi p aliud i qrm veritati quod non potest facere eccia romana que nunquam heresim passa est pot patet ex iam dictis vel pt intelligi tradiciones alias sup addendo mandatis xpi dimissis et neglectis sicud dicunt doctores sup illo vbo xpi Ve vobis qui decimatis mentam et anisum et que potiora sunt legis dimittitis sc misericordiam volo et iudicium et subdit salvator oportuit eum ista facere et illa non obmittere dicit alibi me pat dns Judeos dicens Irritum fecistis mandatum dei pp tradiciones vras et hoc de secundo phali

de communione sub vtraqz specie

Attentum ad tantum quod est difficilius respondendo ad questitum principale vz vtz eccia potuit statuere q laici communicent sub vna specie tm etc qua questionem movent doctores sub aliis vbis sc vtz liceat communicare laico sub vna specie tm vbi sic procedam primo pono responsionem magri sententiarum in qrto et eciam aliorum doctorum vz Allexandri de halis domini bone venture sancti Thome Alberti magni Richardi de media villa qui omnes concordant in hac materia Scdo respondendo aliquibus fundamentis ad oppositum et p responsione [illegible] magri sententiarum [illegible] dicens q duo sunt res illius sacramenti sc contenta et significata sed est corpus xpi Alterum alia significata et non contenta sicud corpus xpi mysticum sicud est vnitas fidelium quorum est caput ita eciam duo sunt modi manducandi primus sacramentalis quo mali et boni edunt Spiritualis quo sc boni manducant Unde Augustinus quid est xpm manducare non hoc solum in sacramento corpus eius accipere Multi enim indigne accipiunt sc in ipso manere et habere in se ipsum manentem Spiritualiter enim manducat qui in vnitate fidei ecclesie quam sacramentum significat manet Nam si discordat a xpo nec carnem xpi manducat nec sanguinem bibit et si tante rei sacramentum ad iudicium sui accipiat cottidie Spiritualem manducatorem Augustinus distinguit a sacramentali dicens ut quid paras dentem et ventrem crede et manducasti Credere in eum hoc est manducare panem et vinum bibere qui credit in eum manducat eum Item manducando est [illegible] quo ipse dicit qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo [illegible] vero non in me manet nec ego in illo et si accepit sacramentum acquirit magnum tormentum Item nulli ambigendum est ut dicit Augustinus Ecclesie corporis et sanguinis domini participem fieri Et quando xpi membrum efficitur nec alienari ab illius panis calicisque consorcio et si antequam illum panem edat et calicem bibat dum in hac vnitate corporis xpi constitutus abscedat quia illius sacramenti beneficio non privatur quando illud sacramentum invenit q significat In illo enim sacramento corpus et sanguine sunt nobis quedam [illegible] quod et fecit nos ipsos Nam nos ipsi corpus ipsius sumus Item qui discordat a xpo non manducat carnem ipsius

Responsio Allexandri de hales super hanc

nec sanguine bibet. Et si tante rei sacramentum ad iudicium suum cottidie accipit. hec magister in forma. Item Allexander in parte sua quarta super questionibus de necessitate actus manducandi querit utrum necesse sit manducare corpus christi, et arguit auctoritatibus iam inductis Johannis vi nisi manducaveritis etc. ad Corinthios xi. Etiam ex statuto ecclesie, omnis utriusque sexus. Item quia baptismus est sacramentum necessitatis ex decreto christi Johannis iii nisi quis renatus fuerit etc. Similiter sic videtur quod hoc sacramentum sit necessitatis Johannis vi nisi manducaveritis etc. Augustinus vero arguit quia illud sacramentum et solum illud est sacramentum necessitatis quo non suscepto suo vivit vita gratie qui illud susceptum est. Quod patet de baptismo, et ante susceptionem baptismi. Ergo si hoc sacramentum est necessitatis, tunc ante eius susceptionem nullus vita gratie vivet. Hoc autem est falsum, quia tunc nullus salvaretur, si moreretur ante eius susceptionem. Respondet iste doctor dicendo quod sacramentum non est de necessitate salutis, quantum est ex sua institutione, sed si est, hoc est de mandato super addito. Ubi gratia ecclesia constituit quod fideles communicent semel in anno et in morte. Unde siquis negligit non est sine contemptu, et peccat mortaliter. Et hec institutio est sub precepto ut patet ex decretali predicta scilicet omnis utriusque sexus. Ad illud autem dicit quod aucte Johannis vi intelligitur de manducatione spirituali, que est per fidem sine qua nullus adultus salvatur nec etiam parvulus. Et sic intelligitur illud de textu Johannis vi dictum a domino nisi manducaveritis etc. Ad aliud de institutione ecclesie dicit quod quod institutum est ab ecclesia ita debet observari, nec potest negligi sine

offensa supponente facultate. Hec iste doctor in forma. Item dominus Bonaventura in iiii° sententiarum distinctione xii movens questionem utrum necesse sit ad hoc sacramentum accedere, et arguit eisdem auctoritatibus quibus dicit Johannis vi. Et contra arguit per Augustinum quid paras dentem et ventrem, crede et manducasti, quod sufficit ad manducationem. Non ergo tenemur sumere sacramentum et verum est quia effectus sacramenti est deletio venialium et augmentum virtutum sed neutrum est de necessitate salutis ergo etc. Item si necesse esset accedere tunc parvuli qui non accedunt nec manducant omnes dampnarentur. Respondendo dicit iste doctor quod sacramentum non est de necessitate salutis quantum est de sua institutione, sed si est, quod officium necessarium est, eo quod ut enim sacerdos sumit de altari, sed si in libertate sua remanet et non magis quam alius homo ex debito sed magis de bono et equo ex mandato autem super addito, quia ecclesia instituit, ut fideles communicent semel in anno, et in morte. Unde siquis negligit ex contemptu peccat mortaliter. Racio autem quare ecclesia instituit est, quia hoc sacramentum est salubre, et multi errant negligentes se in sua salute. Institutio autem ecclesie sunt sub precepto omnis utriusque sexus. Cum ad annos discretionis pervenit saltem in pascha recipiat eukaristie sacramentum nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam racionabilem causam duxerit se abstinendum. Alioquin vivens ab ingressu ecclesie arceatur, et moriens christiana careat sepultura. Constat autem quod hec est pena excommunicatorum. Ex hiis patet responsio ad obiecta. Verbum enim domini Johannis vi intelligitur de manducatione

Responsio Bonaventure

spirituali que est per fidem et karitatem
sine qua nemo hominum salvatur, et
hec fides etiam est in parvulo aliquo
per infusionem et per incorporationem, hec iste
doctor in forma scilicet. Item Richardus
de media villa, movens eandem questionem
cum eisdem argumentis quibus supra,
Respondens in corpore questionis sic breviter
dicit: Ad primum hoc sacramentum
potest considerari dupliciter, primo quo
ad significantiam, secundo quantum ad
efficatiam. Si primo, ad primum species panis
et vini sunt de integritate sacramenti
quia significant corpus et sanguinem
domini que ab invicem fuerunt separata.
Secundum vero ad efficatiam, quia
sub specie panis totus Christus sub
integralitate continetur et perfecte sumitur.
Notetur quod sub una specie tantum hec
iste doctor. Amplius sanctus Thomas
in 3a parte questio lxxx articulo xii
movens questionem eandem, utrum liceat
corpus domini sumere sine sanguine,
factis predictis argumentis in forma,
Respondens ad questionem, dicit in
forma que sequitur: Ad primum circa huiusmodi
usum sacramenti duo possunt considerari,
unum ex parte ipsius sacramenti, et
sic convenit quod utrumque sumatur scilicet
corpus et sanguis, quia in utroque
consistit perfectio sacramenti. Et
ideo quia ad sacerdotem pertinet
hoc sacramentum consecrare et perficere,
nullo modo debet ipse corpus sumere
sine sanguine. Ex parte autem sumentium
requiritur summa reverentia et
cautela, ne aliquid accidat
quod vergat ad iniuriam tanti misterii,
quod precipue posset accidere
in sanguinis sumptione, qui quidem
incaute si sumeretur de facili posset
effundi. Et quia crescente multitudine
populi christiani in qua continentur
senes, iuvenes et parvuli, quorum
quidam non sunt tante discretionis
ut cautelam debitam circa usum
huius sacramenti adhibeant, ideo
provide observatur in quibusdam ecclesiis
ut populo sanguis non detur,

et hec doctor in forma. Et ergo doctor
tam theologi quam iuriste concordant.
Et etiam bene ordinavit communicare
laycos sub una specie tantum propter
duas causas. Prima ad vitandum
periculum effusionis sanguinis. Secundo
ad vitandum periculum erroris et in-
fidelitatis, qui posset cadere in menti-
bus simplicium. Possent enim credere
quod totus Christus non continetur sub utraque
specie. Et tamen iste doctor respon-
det ad arta in oppositum que fie-
bant etiam in principio prime questionis
dicens: Ad primum, quod Eclesiastes ipsa loquitur
quantum ad sacerdotes, qui tamen
totum consecrant et totum etiam sumunt,
deinde ad secundum quod dicitur: Ad primum perfectio
huius sacramenti est in utraque specie.
Respondet quod perfectio huius sacramen-
ti non est in usu fidelium sed in
consecratione materie. Et ideo nichil
derogat perfectioni huius sacramenti
si populus sumat corpus sine sangui-
ne, dummodo sacerdos consecrans
sumat utrumque. Ad tertium de representa-
tione passionis que magis videtur
esse in sanguine dicit ipse: Ad primum
representatio dominice passionis agitur
in ipsa consecratione huiusmodi sacramenti,
in qua non debet corpus sine
sanguine consecrari. Potest autem
a populo corpus sine sanguine
sacramentaliter sumi. Nec in hoc
eis sequitur detrimentum, quia sa-
cerdos in persona omnium sanguinem
sumit et offert, et sub utraque
specie totus Christus est, ut supra habitum
est. Hec sanctus Thomas in forma
ubi supra. Item idem doctor in 4o
sententiarum di. xii articulo ii movens
questionem, utrum aliquis a communione
omnino cessare possit, quia etiam
statuit tempus in quo fideles
communicare debent. Unde qui
omnino cessant efficiuntur rei trans-
gressione precepti. Respondens
etiam ad primum argumentum dicit:
Ad primum hoc sacramentum de sua prima
institutione, quamvis non sit de neccessitate

salutis. Tamen consuetudo ecclesie
efficit necessarium, etiam licet non
sit nobis necessarium simpliciter ut sine
quo non esset salus. Sed tamen
ex suppositione finis ut si homo sic
in vita spirituali sinceriter persistere vellet.
Item eodem articulo dicit: Item ille
qui consecrat debet sumere corpus
et sanguinem nisi impediatur vel
per violentiam, vel per mortem, vel per
infirmitatem, quia ex hoc aliqualiter
alius perfectio sive significatione
accipit ex parte ipsius consecrantis,
qui quia aliis sacramenta ministrat,
igitur primo debet esse particeps di-
vinorum. Respondendo etiam ad
tertium argumentum eiusdem conclusionis
dicit: Item sacerdos reus fiet
legem secundum canones iudicaretur ma-
ximus, quia tenet personam Christi sa-
crificantis et mediatoris inter deum
et populum. Secus est de aliis qui
non perficiunt sacramentum, quia eis
subtrahitur calix sanguinis propter
periculum effusionis. Unde sacer-
dos in passione qui non consecrat
sacramentum propter oppressionem inco-
nam dominice passionis que sit
illa die capit sacramentum sub
specie corporis et non sanguinis licet
non capiat corpus sine sanguine.
Quo ad hoc Allexander de Hales pro-
fundus theologus et antiquus
movens questionem utrum liceat
sumere corpus Christi sub specie pa-
nis sine sumptione sub specie vini.
Respondendo ad questionem dicit:
Dicendum quia Christus integre sumitur
sub utraque, igitur licet sumere Christum
sub specie panis tantum sicut fere
alantis ubique fit in ecclesia. Ecclesia
autem illud sacramentum dispen-
sare consuevit sub specie panis
tantum propter periculum effusionis
quod forte accidet si sub specie
vini ministraretur, tamen etiam propter
vitium infidelitatis, que si non
invecto supplicium inectibus in-
gereret, si sub utraque specie daret.

Possent enim sumptores credere quod
Christus non contineretur integre sub
altera specie tantum. Unde ut dicit
Albertus quibusdam religiosis
personis petentibus et instantibus
ut sub utraque specie sumerent sacra-
mentum eukaristie, sacerdote procedente
cum facere sacrificium, videbatur
sacerdoti et aliis circumstantibus
quando patenam repleri sanguine,
ad quod obstupuerunt ipse re-
ligiose et circumstantes. Sed cum
sacerdos communicare preter hostie
totus sanguis versus est rever-
titur, et sic petitioni et temptationi
earum fuit penitus satisfactum. Dominus
autem conveniret dispensarunt sub
utraque specie, ostendendi modum
consecrandi et sumendi a quo accepit.
Item in primitiva ecclesia, utrum
licet ibi solum sit mentio de
dispensatione huius sacramenti
sub specie panis unde legitur ibidem:
Erant autem perseverantes in doc-
trina apostolorum et communicatione frac-
tionis panis. Glosa interlinearis
sine quibus sive sit et iterum ibidem
cotidie perdurantes unanimiter
in templo frangentes circa domos
panem. Glosa interlinearis spiritualem
et corporalem. Et sic patet
manifeste ex omnibus istis quod
ecclesia secundum diversos status
eius et diversa tempora potest ordina-
re de dispensatione sacramentorum
cum solum baptismus sit absolute
de necessitate salutis, quamquam unusquisque
sit particeps corporis Christi. Propter ad a...
hoc patet etiam responsio ad ar-
gumenta facta ex prima parte conclusionis.
Unde decretum domini Johannis ad de[cretum]
XXII non obligat absolute, nisi
quem ad communicationem spiritualem. Ad
dictum Gelasii dicitur quod intelli- ad dictum Gelasii
gitur de consecrantibus. Ad dictum
Cipriani dicendum quod breviter Ci-
prianus redarguit secundum
sanctum Thomam illos qui

eukaristia in cena dabat ad manducandum corpus
suum angelus [illegible] quarto dicit eukaristia
que est dicta non debet dari populo supplemento com-
municacionis, quia non legitur Christum aliis
discipulis panem intinctum dedisse nisi Jude.
Ex quo patet quod solum dabatur populo corpus domini
sub specie panis tantum. Ad hoc est Albertus
magnus et Nicolaus de Lira [illegible] parri-
siensis et omnes doctores qui super hac materia
scripserunt et ecclesia romana que pro tempore et loco
et qualitate causarum applicavit aliqua ad
que tenentur de necessitate salutis, sicut articulus
de processione a patre et filio et quod corpus Christi
in azimo conficitur [illegible] et quod non
de necessitate consecrare in pane non fermentato
sicut fuit error grecorum et multa alia de-
claravit [illegible] de necessitate hereticos etc. ut patet
[illegible] ad [illegible] et [illegible]
[illegible] parte [illegible]

Denique quia ad usum fundat se [illegible]
[illegible] et precepto domini quod dicit Hoc facite
in meam commemoracionem. Ad hoc dico quod [illegible]
[illegible] post hec [illegible] precepti nisi
Lucas [illegible] ubi dicit accepto pane et
gracias egit et fregit [illegible]
hoc facite in meam commemoracionem. Unde glosa
Beda: finitis [illegible] pasche veteris [illegible]
[illegible] ad novum [illegible] in sui commemoracionem
ecclesiam frequentare desiderat ut pro carne agni
vel sanguine sui carnis sanguinisque sacra-
mentum in panis ac vini figura
[illegible] sacerdos in eternum factus [illegible]
melchisedech sic [illegible] et [illegible]
ad finem [illegible] ecclesia [illegible] ministros in [illegible]
[illegible] passionis domini non desinet frequentare
[illegible] et [illegible]
[illegible] ecclesia romana sentit
ut dictum est. Item quod arguit ad usum [illegible]
[illegible] apostoli [illegible] apostolus [illegible]
[illegible] sub utraque specie, dico quod non est negandum
quin ecclesia [illegible] sic fiat et ita dicunt
multi doctores non [illegible] de necessitate salutis.
Unde super hec [illegible] [illegible] dicit
quod [illegible] fidei [illegible]
[illegible] ecclesia [illegible] fuit
maior devocio fidelium [illegible]
passionis Christi et maior [illegible]
fidei [illegible] fidelibus cottidie [illegible]
[illegible] Unde Anacletus papa dicit: facta
consecracione omnes communicent qui nolunt ec-
clesiasticis carere liminibus. Sic enim apostoli ut dicit [illegible]
doctor statuerunt. Post modum visum fuit

ut solum ter in anno communicet scilicet pascha
penthecoste et in nativitate Christi [illegible] modum
[illegible] semel in anno scilicet in pascha et ad
huc multi ydonei non inveniuntur. Unde sanctus
Augustinus [illegible] super [illegible] verbo Luce [illegible]
[illegible] nisi [illegible] sacculo et pera qui
habet sacculum tollat [illegible] et peram dicit [illegible]
[illegible] constancia [illegible] bone [illegible]
[illegible] et [illegible] precepta [illegible]
[illegible] mutantur. Item quod dicit ad usum
quod Christus dixit accipite et manducate
et [illegible] bibite, quod [illegible] sic [illegible]
dico [illegible] quod Augustinus in libro de civitate dei super
[illegible] passione ait Invitat dominus [illegible]
[illegible] scriptum. Item [illegible] glo[sa]
[illegible] ad Corinthios [illegible] ait [illegible] dicit [illegible]
intelligi caro Christi [illegible] que crucifixa est et
sepulta et spiritualiter [illegible] de qua
ipse Christus dixit: Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus. Qui manducat
[illegible] mea carne et bibit meum sanguinem in
me manet et ego in eo. Et [illegible]
doctor intelligit de corpore Christi quod est misticum
[illegible] de manducacione spirituali. Item ecclesia
removet [illegible] sacramentali
[illegible] decentes [illegible]
admonere nisi [illegible] [illegible]
[illegible] et publicos penitentes [illegible] dicit
beatus Dionisius in ecclesiastica ierarchia
[illegible] qui hoc sacramentum requirit summa reverencia
actuale devocione et cautela [illegible]
in ipso recipiente que non possunt [illegible]
[illegible] [illegible]
ecclesie isti non sunt [illegible] digne [illegible]
[illegible] hoc sacramento [illegible] sic asserciones
[illegible] Item [illegible] idem sit
[illegible] ad verba Johannis [illegible] nisi
manducaveritis etc. et Johannis iii nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu non habebit
vitam in vobis. Unde [illegible] quod non
ergo soli presbiteri debent communicare 3o sequitur
quod nec presbiteri de calice debent communicare
quando non conficiunt, quia quociens
bibituri sunt, tociens consecraturi
sunt dicente apostolo hoc facite quo
cienscumque bibetis Sed dices,
hic ergo exponendum verbo verbum
facite et conficite, accipite et da
te, quemadmodum et in pane diximus
Si hoc velis non bene vides Nam esset
sensus hoc facite, id est accipite et da
te quocienscumque bibetis in meam comme
moracionem Et sic quociens sacerdos
biberet deberet alios communicare, quod
nemo sane mentis dicat fidelibus nec
pe rei geste narrator apostolus hec
corinthiis dicens historiam texuit
de suo et verba non possunt supra
illam sententiam et cenam memorat in
qua dominus consumatis veteris pas
che solennibus sacramentum sui corporis
et sanguinis novum instituit sacrificium
qua in narracione sua vide observo
Johannes ut caute ut prudenter
sit ergo fidelibus expresserit cum enim con
secrato et communicato pane dominus simpliciter
et absolute dixerat hoc facite in
meam commemoracionem sed et ipse sim
pliciter et absolute retulit Post
vero consecratum calicem quando ad
apostolos presens loquens usu eius imparat

ipse non simpliciter et absolute me
minit dictum hoc facite in meam
commemoracionem, sed hac cum limita
cione quocienscumque bibetis Et si me
interroges, quare Christo non di
cente super calice hoc facite apostolus
dixisse referat Et an de facto fuit
hic paulus redarguendus Respondeam
quod absit Sed cum esset vas electi
onis plenusque spiritu futuris
malis precavens providit Potuisset
enim cuipiam hec suspicio suboriri
quod nulla facultas esset in ecclesia
conficiendi calicem, eo quod Christus
non dixisset apostolis de calice hoc fa
cite, sed bibite et dividite inter
vos, que utique verba non tam vide
bantur esse tradencia potestatem quam impe
rantis usum dixissent ergo, quod illis
tantum sanguinis creatus fuisset
et quidem a Christo, nobis autem con
secrare non posse sed nec quidem con
ficere Potuissent et hii suum hunc
errorem colorare dicentes quando dominus
passurus adhuc et mortalitatis
hec precepta fuerat futuram
eius suam passionem atque mortem
in hoc sacramento presignavit, ostendens
sanguinem a corpore fore seperandum
Sed ubi factus mortis ipse mortis de
morte triumphaverit, hinc sunt
unita et numquam seperanda cor
pus et sanguinem, nec eius fuit
divisionem illam sanguinis a corpore
significare sed magis unionem et
in sacramento isto non tam mortis quam
de morte victoria et triumphus re
colatur Potuissent ergo hiis addere
sacramentum hoc resurrectionis potius de
bere dici quam mortis eo quod resur
reccione confessa nemo mortem non
confiteatur quis unquam a mortuis
resurrexerit, si prius ipse mortuus
non fuerit Sed confessa morte, non
necesse est ut quis resurreccionem as
serat, moriuntur enim innumeri qui
non resurgunt Si ergo sacramentum hoc

resurrectionis Christi sacrum fuerit
sit ei et mortis necesse est mortem
Non autem econtra si mors fuerit necesse
est ut sit resurrectio. Denique non de
fuissent hiis si qui fuissent ad astru
endam hanc heresim suam plurime
alie rationes et apparentie quemadmodum
non defuerunt patribus tuis nec
tibi desunt ad astruendam communionem
utriusque speciei esse de necessitate salutis
Ille idem crede michi spiritus ille in
quam qui subiit communis humani hostis
qui vobis ista suggessit suggessis
se potuisset illa alios nisi apostolus dei
meliori equidem spiritu edoctus fidei
nostre consuluisset. Consuluit autem per
hunc modum ut quia traditionem Chri
sti explicans etiam super calice dominum
retulerit hoc facite in meam comme
morationem non tamen simpliciter non
absolute ut super pane sed quo
dam cum limitatione dicens Quo
tienscumque bibetis unde sit potes
tatem etiam conficiendi sanguinem
Christi sub specie vini quemadmodum
et carnem sub specie panis tradita
fuisse ecclesie docet non tamen usum
Nam de pane non refert Christum
dixisse hoc facite quotienscumque
comedetis in meam commemorationem
de calice vero sic ut innuat de
pane manducare posse etiam qui
non conficiat, bibi vero de calice
minime, et posse de pane mandu
care qui non conficit non autem
bibere de calice Non est ergo de
calice in ecclesia communiter communicandum,
est autem de pane Nam de isto man
ducare possunt non conficientes ipsis
quibus non conficit, bibere de illo nisi
conficientes et qui non conficiunt
nequaquam Neque enim hunc apostoli sa
num quam intellectum inficiari umquam
poteris, etiamsi machineris ad
struere verbum illud passive tamen
esse suscipiendum ut sit sensus
facite id est accipite vel bibite

Spiritus hereticorum ratio

apostolus verba Christi explicat

tamquam omnes sancti eam ipsam vim
habere hoc declarant verbum istud fa
cite quam habet ubi super panem apostolus
dominum fuisse meminit tu etiam quam
si apostolus hoc dixisse voluisset
quemadmodum quod super pane Christus
dixerat ulla sine mutatione retulit
retulisset hoc quoque dicens accipite et
bibite, vel dividite inter vos cum
quia nulla maior ratio vel causa est
ob quam verbum illud hoc facite super
pane dominum exponas id est conficite,
etiam si addas date, quam istud utro
bique dictum est hoc facite Attende huc
quod si verbum id apostoli de communicantibus
non conficientibus intelligeretur foret hoc fa
cite quotienscumque bibetis in meam
commemorationem Sane ecclesia ad
illos in ipsa communi communicatione per ora
sacerdotum illa verba diceret ut quo
tienscumque communicet presbiter esset vel lai
cus conficiens vel non conficiens di
ceret ex persona Christi hoc quotiens
cumque feceritis in mei memoriam facietis
quod quoniam ab ipsis apostolis ad ista usque
tempora factum non est dicit tamen sacerdos ce
lebrantes in elevatione calicis aut pau
lo ante vel post manifeste ecclesia videlicet
declarat quod ad ipsos dumtaxat dictum
sit. Et hec quidem verba illis ex apostolo
assumpta sunt ubi ergo est gloria tua
mi Rokycane, ubi fortitudo tua
ubi presidium tuum, ubi denique salus
Num in verbis illis apostoli, nonne vides
creaturam dei ut te illa verba confun
dant, illa te convincant quod veritatem
putas errorem quod praxim Christi mu
tas, quod populum Bohemicum bonum
utique primum seducas atque perdas quod
utique tempore primum seductus nescio
deus scit, hoc tamen scio quod iniuriam
tuam agendum sit tu domino tu hu
mano etiam iudicio, si tu primum
seductus alios seduxeris, quam si in
telligens et sciens sola ex malitia
hoc flagitium perpetraveris Saulus
ille qui post ea Paulus factus est ve
niam consequi meruit quia igno
rans persecutus fuit ecclesiam Christi

Utinam et tu paulus fias/ fies
sane quando te humiliaveris Nam
paulus quasi paululus sm augustinum
in plerisque locis interpretatur. Cepit enim
hoc ille nomen qui dixit Ego sum mini
mus apostolorum qui non sum dignus vocari
apostolus quia ecclesiam dei persecutus sum
Utinam tu te ita humilies ut ingenue
dicas aliquando Ego sum minimus presbiterorum
qui ecclesiam dei et in ipso quidem potissimum
sacerdotio in quo presbiter sum fui persecu
tus eam dividendo turbando et scan
dalisando/ Sed dices forsitan
quid seductus vel seducens vel frat
ter iniquus dici possum/ qui audio
Christum Jesum/ Christum utique
meum dominum et redemptorem atque le
gislatorem meum suo in euangelio voce usque
Christi minantem Nisi manducaveritis
carnem filii hominis et biberitis eius
sanguinem non habebitis vitam in
vobis Quid ad hoc dicam quod videas
/quo pacto salva veritate hanc Chri
sti Jesu sanctissimam doctrinam
populis occultabo ut occultant tale
qui mecum non sentiunt/ qui cum
Christo nequaquam colligentes dispergunt
Superest certe ut de his euangelicis ver
bis sermo inter nos habeatur Nam
reliqua quibus vel ex euangelio vel
ex apostolorum doctrina tuam soles se
ctam adstruere atque munire habui
de ut arbitror omnia superius per
tractavi Et hoc quoniam ad disputa
tionem meam attinet/ non nisi opus
esset attingere/ cum hoc solum in presenti
arum agendum michi fuerit ostendere
dere nichil finxisse me vel cum di
xi Christum apostolos presbiteros fecis
se per hec verba Hoc facite in meam
commemorationem/ et cum eos ex his dicerem
Christum illis non presbiteros, nisi sub
specie panis/ illis quoque nisi presbiteros
sub specie vini sacramentum illud sacrum
contulisse Verum quem testem in
voco deum/ ex caritate tecum confe
ro/ cupio enim te preclarum fieri
membrum ecclesie katholice/ cui
iam dudum horrendus fuisti hos
tis Ad istud etiam respondebo/ et

ita respondebo in Johanne/ ut si o
mnino locum hunc euangelii de manduca
tione et bibitione sacramentali ve
lis intelligi/ eundem eum opor
ticum esse diffinitivam esse sententiam
contra te/ quam nulla tergiversatione
nulla fuga nullo quoque colore subterfu
gere possis/ Quod si de spirituali man
ducatione et bibitione magis intelli
gi/ quod ego verbis euangelii precede
ntibus et subsequentibus et doctorum
sanctorum magis consentaneum esse
arbitror Non erit quo ex predictis
verbis possis adstruere communionem utri
usque speciei esse necessariam ad salutem
Sed primum supponamus quod verba
predicta intelligenda sunt de man
ducatione et bibitione sa
cramentali Questionem unam par
vulam dissolvas michi deprecor
te ne obsecro/ ut in hoc uno con
fundas faciem tuam/ Dic michi
/exaudi/ doce/ instrue me/ Qua- Nota
obrem Christus in illo euangelio de
carnis manducatione et sanguinis
bibitione loquens/ bis ter quater
quinquies sexies decies nominat pa
nem vinum vero nunquam/ igitur/
Aut enim hic cum pane loquitur/
et rursum de carne et sanguine
aliam vult esse manducationem
panis/ aliam carnis/ aut unam
atque idem/ Quod si aliam Caro igitur
in ipsa specie manducanda erit
neque ab re scandalizati fuere
illi discipuli qui abierunt re
trorsum Et unde obsecro vox
illa panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita Si vero
eadem manducatio intelligenda
sit et panis et carnis/ quid mi
chi de sanguine dicis sub qua
specie bibendus est Nam de specie
vini nichil dicit Nunquam ibi
legi Ego sum vinum vite qui
de celo descendi/ et qui bibit
hoc vinum vivet in eternum/ vel
qui bibit me ipse vivet propter
me Aut ergo hic sagis bibitio

simul censenda est, cum manducacio carnis sub specie panis / aut cum alia species nominata non fuerit, intelligenda est in qua specie / aut si neutrum horum / velis aliud hic traditum sacramentum / aliud quam in cena fatearis necesse est Nam hic tantum caro sub specie panis et sanguinis manducari precipitur Ibi vero et caro sub specie panis, et sanguis sub specie vini consecratur Sicut da racionem atque causam / quare nulla hic de vino mencio fuit Scimus enim ut predixi Christum nil locutum fuisse casu / ut circumspecto nichil quam esse verborum eius quod ociosum fuerit / aut mysterio careat Da hic mysterium tu qui tam studiosus christianarum rerum es / quicquid veritatis istam tibi absconditum prius adinvenire potuisti / assigna causam prohibe racionem, en literas saltem super hec prestolabor absente inde obsecro michi / sed que dignitate et gravitate plena fuerit, certus michi videor quod non dices voluisse Christum sanguinem suum in qua specie bibi debere Nec quod hic aliud et in cena aliud sacramentum fuit institutum Cur ergo hic facta mencione de manducacione carnis et bibicione sanguinis facta quam mencione de manducacione panis, nulla quam mencio de bibicione vini fiat, puto non posse te aliam exhibere racionem nisi quod hic preceptum sit de usu sacramenti quo ad omnes, in cena vero tantum quo ad presbiteros tum maxime, quando tunc et sacramenti institucio et presbiterorum ordinacio ut predixi facta fuerunt hic enim ut ad iudeos et ad discipulos suos Christus locutus est, illic vero tantum ad apostolos communes quibusque omnibus nobis traditur, illic vero tantum sacerdotibus Huc accedit quod Christus de pane loquens ait Ego sum panis vivus qui de celo descendi / si quis manducaverit hunc panem vivet in eternum Ecce vitam Christus ponit in manducacione panis; quod tu modo bibicionem addere vis et vini agitur Nunc quia Christus dixit Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, dixerat nemo negat / sed de vino nil dixit Cur tu hoc addis evangelio Sed dicis quia Christus hoc sacramentum instituit sub utraque specie / fateor tu ergo ex institucione ipsa adstrue michi si potes communicacionem utriusque speciei necessariam esse plebibus / non ex isto loco, non ex hoc verbo evangelio, unam quippe speciem panis / si adstruas velim / assencior at dicis quia auctore / stemus in terminis evangelii huius non progrediamur eos, nam a Christo constituti sunt, dicis carnis hic manducacio precipitur et sanguinis bibicio fateor rursum / dicis hic carnem manducari precipitur sub specie panis, et hoc fateor, denique dicis et sanguinem bibi sub specie vini / hoc ego constanter nego, sed nil tale est / Sed dices non posse aliter bibi nisi sub specie vini, et hoc quoque nego / Nam ut obmittam quod potest bibi eciam simul cum carne manducari sub specie panis de quo inferius dicam, potuisset Christus instituisse bibicionem sanguinis sub specie pure aque aut cuiusvis alterius liquoris dicis non fecit, et hoc denique fateor, sed nec quod sub specie vini fecerit hic ex hoc loco Arguas ergo michi speciem panis ex loco isto / speciem vero panis et vini simul ex alio et consenciam tibi si tam bene arguas / sed quod ex isto tu velis utramque speciem arguere, certe non potes Memisse non debes verbi Iohannis in Apocalipsi si quis apposuerit ad hec, apponet super eum deus plagas scriptas in libro hoc / vide ergo ne quid appones evangelio quare sistendo in terminis huius evangelii, et intelligi non potest de sacramentali manducacione, et si possit dicamus oportet quod tantum species panis quo ad populum laicum sit sufficiens ad salutem Nam de specie vini hic nulla fit mencio / aut si omnino velis quod utraque species sit eciam laicis necessaria hoc ex aliis si potes locis adstrue non ex isto / ex quo certe non potes / sed

dictamus argumenta Vide obsecro
mi Rokyzane quam pulchre, quam proside
quam et sublimis locutus est. cuiusque tota
pene opinionem excedat Cum n. Chri
stus loqueretur de manducacione celes
tis panis/ dicet quod homo qui mandu
cauerit ex hoc pane viuet in eternum
tandem exponens sermonem ne quis
presumeret de pane ipsum locutum mali
ait Panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita Cumque super
hoc verbo Iudei litigarent inter se/
quomodo posset eis dare carnem suam
ad manducandum adiecit Amen amen
dico vobis Nisi manducaueritis car
nem filii hominis et biberitis eius
sanguinem non habebitis vitam in
vobis q.d. nolite mirari quod vos
daturus sum carnem meam ad
manducandum/ nam et sanguinem quoque
ad bibendum dabo Et ita dabo/ vt nisi
manducaueritis carnem meam et
biberitis meum sanguinem non habe
bitis vitam in vobis Sed quomodo
daturus esset eis carnem suam ad
manducandum et bibendum sa
gnem/ an diuisim quod vel coniunctim
/mox exponit dicens Sicut me
misit viuens pater et ego viuo propter
patrem/ et qui manducat me et
ipse viuet propter me Ecce qui man
ducat inquit me non dicit carnem per
se non sanguinem/ sed me inquit in quo
simul et caro et sanguis coniuncta
erant Rursum ne quis putaret
quod in propria specie humana manduca
dus esset/ sacramentum panis de quo prius
locutus fuerat repetit dicens hic
est panis qui de celo descendit
non sicut manducauerunt patres vestri
manna et mortui sunt/ qui mandu
cat hunc panem viuet in eternum
Quibus ex verbis tria nos aptissime
docere voluit/ primo quidem quod caro
eius manducanda et sanguis bi
bendus esset Deinde vero/ quod man
ducacio hec et bibicio carnis et
sanguinis simul atque coniunctim vt in
vnum idem quod corpus animatum et vi
uens coeunt/ esset laicis ministranda
Nam ad laicam plebem ipse verba
faciebat/ et quod de sanguine et car
ne predixerat de se toto integro quod

postea quasi exponens locutus est
Tercio deinceps quod carnem propriam
et sanguinem simul atque coniunctim
eiusdem plebibus sub specie tantum
panis quod vtique illis ad vitam
sufficerit ministranda sit Ecce pulcherrimum
processum/ ordinem vero nota/
quia scandalizati fuerant iudei
de sacro carnis de carne et san
guine verba eius fecit/ at ne intelli
geret ea diuisim seorsum quod vnum
de alio suscipere debere/ rursum
quod vnite susceptum sunt expo
et ne postremo suspicaretur se co
mestuos esse humanum corpus in
propria specie/ totum illud coniunctim
vna sub specie panis comestum
probatur se illius vitam eternam mani
festat Sed dicens Christus inquit
carnem suam vere esse cibum et
sanguinem vere esse potum secre
uit quod manducatione a bibicione
quod ego tu vis quod quis manducan
do bibat/ et quod sit manducacio
et bibicio amplius/ si hoc Chri
stus docere voluit/ quid opus fuit
dicere de bibicione sanguinis Non
satis fuit dixisse Nisi manducau
eritis carnem filii hominis non
habebitis vitam in vobis aut
si opus fuit addere/ et biberitis
eius sanguinem/ et vtrumque tamen in
telligendum sit sub vna specie
quam obrem non dixit panis
quem ego dabo caro mea est
et sanguis meus est/ sed tantum dixit
caro mea est O si michi tam
tu facile responderes ad questi
onem meam magister Johannes qua
quesiui et quero adhuc/ quam
obrem Christus in hoc eius vi
num non meminit cum de cenam vi
cibus fuit de pane locutus quam
ego facile tibi ad istas respon
debo quamquam difficiliores sint et
fecimus sane pro isto concordes Nam
quod de discrecione manducacionis et
bibicionis dixit Christus in isto ipso
eius/ ut causa quam dici posset obmittamus

p se declarat Ait enim Ego sum pa
nis vite qui venit ad me non esu
riet et qui credit in me non sitiet
unquam Unus ergo et idem panis esu
riem tollit et sitim, sed esuriem
non tollit nisi cibus neque sitim nisi po
tus, ergo idem est cibus et potus
Tu ergo qui textum hunc de sacramentali
manducatione intelligi vis, decaps
et particula istam exponere debes
Exponens autem sic Ego sum panis
vite qui venit ad me per participa
tionem sacramenti non suscipiens et ma
ducans sub specie panis et ita ve
niat ut credat me, non esuriet
nec sitiet unquam, et sic sub una
specie sumitur in unum cibus et potus neque
his obviat quod Christus seorsum
cibum a potu nominat Nam mox po
tu dimisso ad cibum omnem conver
tit sermonem dicens Qui mandu
cat me vivit propter me Neque ab re
fuit nominare sanguinem seorsum
a carne, licet simul atque coniunctum
ambo et sub una specie fidelibus ministra
da essent, ne quis occasione acci
peret erroris putans sub specie panis
tantum carnem esse et non sanguinem
Propterea cum dixisset Christus panis quem
ego dabo caro et sanguis meus est
quod caro et sanguis equaliter quidem ratione
ex vi sacramenti essent sub specie panis
Quoque sacramento illa admirabilis sub specie
panis duos haberet sibi coade
quatos terminos inter se non subor
dinatos quippe carnem et san
guinem quod si admisissent quis di
xisse, oportuisset enim aliud esse sa
cramentum de quo hic sermo est, et aliud
quidem in cena fuit institutum Nam
hic caro et sanguis sub una tantum specie
et ambo virtute sacramenti ibi eadem duo
virtute quidem sacramenti sub duabus
Naturali vero concomitantia utrumque
sub utraque specie continetur Ne esset ergo
sic erraret carnis seorsum a sanguine
et sanguinem a carne nominat, sed tamen
utrumque sub una specie comprehendit quo
carne vi sacramenti sanguinem vero connexi
one naturali ibidem esse crederemus

Ac adulte obsecro mi Johannes ut omnibus
scitus adinventionibus dominus sermo resis
tat, Quoque enim tibi suffragari putas
adversum te sunt, omnes ferme docto
res volunt textum istum Johannis intel
ligi debere de manducatione et bibi
tione spirituali et non sacramentali Sit
quantum tu, quo tua posses ab universa
sali ecclesia separacionem colorare de sa
cramentali manducatione intelligi debere
contendis Sed ut ipse idem textus ipsa
verba Christi diligenter considerata et sa
ne intellecta te convincat ex ipsis
patet non debere communicare laicos nisi
sub specie panis secundum fictionem, sermo
vero est de sacerdotibus Si vero ro
manis cum Jeronimus neque Augustinus neque
certe ferme omnibus sanctis doctoribus
hunc locum de spirituali manducatione et
bibitione spiritualis corporis et sanguinis
Christi, devotione et incorporatione
cuiuscumque ad caput quod Christus est
et ad corpus quod est ecclesia per fidem
qua quis credendo spiritualiter ruminans
masticans atque comedens, et per cari
tatem in qua multa cum voluptate
et iocunditate celesti rore et potu quidem
inebriatur, inertiam ex piis te sane et
omnes qui tibi credunt transgressores
esse et fuisse dicunt eius precepti
Nisi manducaveritis carnem filii ho
minis et sanguinem eius biberitis non
habebitis vitam in vobis, Et michi
quidem si in primam doctor esset predica
re, aut exhortandum plebem, spiritualiter
hunc locum dicere intelligi, Conforma
re enim meam sententiam satis nunc offer
ram quod ex ipso textu multis et ma
nifestis probationibus ad hunc sensum
verum quantum tamen disputationis est, satis
michi nunc fuerit ex ipso intellectu que
tu maius ex sacramentali non solum
ostendisse ut non possis tua opinionem ful
cire, verum etiam eam omnino destruxisse
Providit autem eterna illa sapientia Christus
Jesus verbum per quod facta sunt omnia
providit inquam Nam ab eterno prescivit
futurum te qui ecclesiam suam divisurus
es, ne si quando aliter quam ipse voluit hunc
textum exponeres posses dissensionem tuam
ex eo roborare, immo si exponeres ut

ipse voluit spiritualiter, sive ut ipse non vo
luit videlicet sacramentaliter, sive forsi
tan utrumque voluit et spiritualiter et sacra
mentaliter, aut per tua divisione nil
faceret contra facere plurimum contra,
elige quam partem velis. Sed
quoniam ut arbitror non est iam dictum
quod in hac disputacionis nostre prima parte
aliquid finxerim et temporis brevitas me
cogit. Scribo enim hec hodie tercia
et decima Januarii post festum atque
consumata Wladislaviensi unione
cum regia magestate, cui hodierna
nocte nos presentibus consultoribus atque
monentibus obedire permisit, et tercia
post hunc die Poloniam versus iter
accepturi sumus, huic prime tue
questioni modum dabo, ut me breviter
vel raptim consultam ad secundam, quoniam
quoniam solucio eius ex superiori parte questi
onis solucionis satis per se patet. Na
tum querebas qui pontificum primus
introduxit contracionem unius speciei ad
plebem laicam. Respondeo: Ille sane
futurorum bonorum pontifex qui se
pro nobis hostiam inmaculatam obtu
lit deo patri. Cum queris quod co
tidium respondeo quod contractum non intu
lit primum hanc praxim, sed pontifex
summus, ille inquam de quo dixi,
sed contractum apostolorum illam promulgavit
ita ut dicam, quod praxis hec a
Christo tradita, et ab apostolis practi
cata et promulgata fuit. Tradidit
enim eam Christus figuris quidem et
veteris testamenti figuris, que de hiis
inutile sunt obmittas, primo quando
reficiens in deserto populos de quinque
panibus et duobus piscibus, nullum
eis potum ministrasse perhibetur. Secundo
quando quatuor milia hominum de sep
tem panibus saciavit. Hiis enim mul
tiplicacionibus panum hiis refeccionibus
populi, sacrum sui corporis sacrum sub
specie panis significavit, ut Thomas
in suo sermone de corpore Chri
sti quem super memini, quod utique
sacrum si eciam sub specie vini
laicis dare voluisset, illis in
refeccionibus significasset, sicut a
nimine. Sed ut verbis Christus hanc
praxim docuit ostendam, offeram
tibi simpliciter duos locos, et primo
illum quando dominus docens suos disci
pulos orare sic inquit: orabitis: Pater
noster qui es in celis et panem nostrum
quotidianum. Lucas dicit quotidianum,
Math. vero et Marcus supersubstancia
lem, magister sit Joh. stare magis
Luce quam aliis duobus. Tibi optandi
vicem tribuo accipe quod velis,
quod si secundum Lucam velis, hunc locum
accipe et dare quotidianum. Audi
beatum Augustinum de verbis domini sermone 28
circa medium sermonis mei, cum de
sacramentis tractarem, dixissem vobis
quod ante Christi verba panis deo
quidem offeratur, ubi vero verba
Christi deprompta fuerit non iam panis
dicitur, sed corpus Christi appellatur.
Quare ergo mox in dominica oracione
dicitur panem nostrum quotidianum, pa
nem dixit sed epiousion id est supersubstancialem.
Non iste est panis qui vadit in
corpus, sed panis iste est vite eterne
qui anime nostre substanciam fulcit. Idem eciam
in sermone de oracione dominica: panis
inquit quotidianus corpus domini
potest intelligi, quod quotidie accipit
ecclesia, sine quo non potest salvari,
sicut dominus in ewangelio ait: Panis quem
ego dabo caro mea est. Et qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eternam.
Et si quis manducaverit ex hoc pa
ne habet vitam in se manentem. Tu ergo
qui vis in oracione dominica panem
quotidianum peti, intellige quid
petis, sacrum namque corporis et san
guinis petis. Non te docet Chri
stus dicere vinum quotidianum da nobis
hodie, sed panem nostrum illum inquam de
quo ut Augustinus ait dominus dixerat:
Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eternam.
Ergo panis quotidianus est caro et san
guis Christi, quem qui manducat car
nem manducat et sanguinem bibit

Sed dicas male peti panem supersubstantialem ut alii eum dicunt Et si hoc malis, etiam intellige quid petas quid sit panis supersubstantialis Intelligi enim potest ut ait magister in historia scolastica Et wilhelmus in suo sacramentali vel in unum vocis, vel in unum duarum dictionum, quia si una dictio fuerit panem nostrum supersubstantialem id est Christum qui est supersubstantialis, id est super omnes substantias et est panis noster in altari Si vero fuerint due dictiones sensus est super istum substantialem panem quo corpus alitur da nobis panem Christum qui est super omnem substantiam Ecce quocumque modo velis intelligere hanc petitionem quartam in oratione dominica, panem sacramentalem petimus Unde et Gwilhelmus super Epistolas exponens orationem dominicam sic in quarta inquit petitione petitur sustentaculum vite spiritualis cum dicitur panem nostrum quotidianum da nobis hodie

Nec videtur principaliter intelligi de pane materiali cum illum dicat dominus adiciendum esse querentibus, dicens in Matheo, Et hec omnia adicientur vobis

Sed dicas adhuc Concordamini evangeliste quomodo quod ille ait quotidianum conveniat cum hoc quod isti dicunt supersubstantialem, et ne idem quotidianum et supersubstantialem est vobis sermo audi quid Johannes Cassianus in libro collationum abbatem ysaac refert dixisse Panem nostrum inquit epyusion id est supersubstantialem da nobis hodie, quod alius evangelista quotidianum dicit Illud nobilitatis ac substantie eius significat qualitationem qua scilicet super omnes substantias sit atque omnes creaturas Sublimitas magnificentie eius ac sanctificationis eius excedit omnes creaturas hic vero confectatem usus atque utilitas expressit Nam cum dicit, quotidianum, ostendit quod sine illo nullo die spiritualem vitam capere valeamus, cum autem hoc, ostendit eum quotidie esse sumendum, et hesternam habitationem nobis non sufficere nisi nobis hodie similiter fuerit attributus.

Et infra licet illud quod dicitur hodie ad presentem vitam possit intelligi, id est dum in hoc seculo commoramur hunc nobis panem presta Ecce in Johanne vides ut hec certa petitio dominice orationis fundata sit secundum veteres et modernos expositores de pane qui est corpus et sanguis Christi Dic mihi, ut iam, in hoc saltem loco me obsecro instrue, quare Christus hic de vino iam meminit, si species vini necessaria plebi fuerit ad salutem, erat ergo desideranda, et si desideranda petenda, et si petenda, orationibus imponenda, hanc unam orationem Christus docuit nos hanc solam utilem aliam in qua sacramentum corporis et sanguinis sui sub specie panis nos docuit desiderare atque petere, quid ergo tu aliam speciem desiderandam et petendam populis esse doces fuit ergo ista oratio imperfecta, fuit diminuta, aut forsitan doctrina Christi qui non totum quod nobis fuit necessarium ad salutem, sed partem tantum docuit Sed aliud etiam locum ad idem asseramus Est autem locus ille quem ex Johanne superius pertractavi presertim secundum te, qui de sacramentali manducatione id intelligendum censes Verum quoniam hic scribens intellexi nescio que insanum nobis insultare, quod sacramentum dimidiamus quod medium tantum sacramentum plebi ministremus, quod octo sacramenta vel septem cum dimidio faciamus O verbum quod pro mea honestate quale sit nolim dicere medium inquit sacramentum datis, octo vel septem sacramenta cum dimidio sacramenta facitis Audi audi scilicet Johannem vel ex verbis illis Christi in Johanne vi capitulo ostendam tibi, quod vos estis, non nos qui sacramentum dimiditis qui medium facitis Nam quero a te an Christus illo loco integrum sacramentum vel medium tantum commemorat Si medium dixeris tu ergo partibis sacramentum Si vero integrum quero rursum an quantum ad rem sufficatam et contentam solum an etiam quantum ad signa significativa et contentiva Si dicis quantum ad rem tantum significatam et contentam bene dicis assero tibi de carne et sanguine ibi fit mentio Sed ego quero de signis significativis et contentivis Nam species ille sacramentales sunt signa

sacrm̄ et tantū sacrm̄ Nā nō res
sacri / qd̄ si dixeris hoc etiā mo
ibi traditū fuisse totū sacrm̄ / do
ce hoc ubi spēs vini que ꝑtinet
ad integritatem sacri si vero dixe
ris / Non ibi tradita nisi unicam
spēm / ergo mediū sacrm̄ Christus
ergo est ꝑ te et tuos qui sacrm̄ par
titus est / qui mediū docet Si di
cas / hic agit̄ tm̄ de una spē / ali
bi vero de duabꝫ / hic ergo de medie
/ et alibi de integro sacro agi dicas
necē est Si vero dicas hic de illa
spē agit̄ sed de rebus tm̄ / quia ergo
ob racionē gl̄oz utriusqꝫ spēi nichil
ꝑplus ex isto loco astruis / quoniam
et ipse textus contraire erit si istud
dixeris / ait enim dn̄s panis que ego
dabo caro mea est Sed restat mi
Johs / ut recognoscas te et dicas
q̄ hic de manducacōn̄ et bibicōn̄
spūali agi / q̄ si de sacramentali totū
qd̄ hic sub una spē continetur si
gnificat̄ / sub duabꝫ alibi institu
tum esse qm̄ hic accipiendū ple
bibus docebat Illic vero imolati
ꝑ̄sbris debet imolari sub utrqꝫ
specie ꝑ tota eccl̄ia in memoriam
passionis Christi / ac ministrari ꝑplis
sufficiat sub una specie Nō enim eis
ministrat ut suscipientes imolent
sacrificent et offerat / faciat qꝫ
quadmodū illis institutum est et
in cena traditum Sup est ut oste
dam Rokyczane hanc ipam̄ unius
speciei cōicacōz Christum exemplis
docuisse Ducam aut in mediū ex
empla duo / quoꝝ unū satis ut
arbitror supius ꝑtractaui Illud
quippe qꝫ Christus aplis nondum
presbiteris sese sub specie panis
factis vero ꝑ̄sbris sub specie vini
contulit / qꝫ qꝫ de pane dicens hoc fa
cite in meam cōmemoracōz / nō
prefixit quibus sub illa specie
fuerit cōicandum / ondit qꝫ posset
omnibꝫ / de calice vero dicens bibi
te ex eo omnes ꝑfixit illos tm̄ esse
bibituros quibus loquebat̄ quibus
qꝫ ꝑtem conficiendi conferebat

que omnia qm̄ supius pertractaui
/ non hic repetam / Sed aliud exem
plum afferam Ponit enim Lucas
dnm̄ post resurrectōem accepta
forma ꝑegrini cuiuspiam / accessi
sse duobus discipulis suis qui
ibant in Emaus / et pꝰ increpata
incredulitatem eoꝝ et duriciam
cordis introisse cum eis et recu
buisse / accepisse qꝫ panem et grās
egisse fregisse qꝫ et porrexisse illis
et tunc quidē apertos fuisse oculos
eorum / ut cognoscerent eum in frac
cione panis cum accōn̄ graciaꝝ
atqꝫ sui consecracōem corporis eius
fuisse dicant Ait enim Augꝰ in li
bro de concordancia euāgelistaꝝ
Non enim incognitū accipimus hic
impedimentū in oculis eoꝝ in satha
na fuisse ne cognoscerent illum
sed tamen a Christo facta est pmissio
usqꝫ ad sacrm̄ panis / et unitate
corporis participata remoueri
intelligit̄ impedimentum inimici
ut possit cognosci Christus Et
Beda idem qꝫ ꝑ eadem vba loqt̄
Unde et Wilhelmus in racionali
d. xx Ideo michi sacerdos legem
et Christum sequens / panem
sacrosanctm̄ in tres ꝑtes partitur
ut in fractōn̄ panis dnm̄ cognos
camus / sicut et illi duo discipuli
dnm̄ cognouerunt quibus ipse
resurreccionis die euntibꝫ in
Emaus apparuit Et Innocencius in
summa de officio misse Romanus
michi pontifex iam nō cōicat sꝫ
hostiam quā Christus in Ema
us cū discipulis duobꝫ fregit
et in cenam coram xii cōicauit
In cenā legitur cōicasse et in Ema
us fregisse sꝫ ille Et Theophilus
sumentibꝫ sacrm̄ panem apperit̄
oculi eoꝝ ut Jesum cognoscat
Magnam enim et ineffabilem vi
hꝫ caro Christi Ecce his ꝑbatissi
mis auctoribus hes Christum
post resurreccōz i Emaus consecrasse

et fregisse panem / mt vera de
vino habes Et nimirū nō erat illi
duo de xii quos psbiteros conse
crauit / Ut ondere nō psbiteros
nisi sub specie panis nō esse com
micandos / aut si psbri erant ut
ostenderet qȝ nō conficientibȝ nisi
sub specie panis nō esse comicand
vides Iohes ut Jesus Christus
saluator nr̄ signis v̄bis et ex
emples istum comicandi ritū intro
duxerit / ipse statuit / ipse ordinat
et practicauit Reliqm est onde
aptos praxim istam Christi gint
gasse et obsuasse Ostendā aut
duobus ex locis primo ex actuū
2° dr̄ Erant aut pseuerantes
in doctrina aptoꝝ et comicacione
fractionis panis et oronibȝ &c
tractans magr̄ in sco hyst' x eukar
mch' / qȝ in p̄mitiua ectia fre
quenter comicabant Et Nicolaus
de lira ibidem sic corporalē mch' ut
eukaristiam Et idem tractans i
luca hystoriam d' filio pdigo sup
illo v̄bo adducite vitulū sagina
tum ut epulemur ac mch' · sacrm̄
eukaristie fidelibȝ ministrare in q°
imolat' Christus / qui ē vitu
lus saginatus ppl' gre pingue
dinem et maduceri Cuia in p'
mitiua ectia nō solū ministri ectie
suebant hoc sacrm̄ quottidie / sed
omnes ppl'ч ut habet actuū secundo
Erant aut pseuerantes &c Glosa
qȝ inlir' exponit de pane com
uel sco / quo etiam imo pro me secundus
inducendus locus intelligitur
de libro act' ap̄ꝛ capto xx ubi
d' paulo dicit' una aut sabbati
cū conuenissemus ad frangend' panē
paulus disputabat cū eis In qbȝ
oibus locis nulla fit mencio d' vino
Cū g° v̄ba hec d' pane sacrū intel
ligā sm̄ istos auctores possunt, licet
aptos in p̄mitiua ectia plebibus
sub una tm̄ specie ministrasse Unde
discipulus ille glosios sub aptoꝝ

btus Dionisius in libro de ectia
ierarchi d' missa inq' sacri corporis
Christi comunio et panis tradicio /
significat spuale alimentum quo
anima in deo manens p dilectōe
suauem percipit refectiōem et qui
etissimā consolacōem En potissime
ex et totaliū a quo laici ut com
micarent sacrm̄ sub una specie insti
tutum est Scimus g° queras ho
sticiane / quis p'mus comicacōem utrius
qȝ speciei ad plebem introduxit / quia
Christus certe nō docuit / qm̄ quis
introduxit comicacōem sub una
tm̄ Nam qnde in p'mitiua ectia
aput aliquos nō tamen omnes praxis
suata sit / nō inficior / sed intro
ducta forsitan fuit ab aliq° aptoꝝ
ut ab aliquo successore petri pp̄ter
aliquam pticulatam causam ad obui
andū scandalo alicui / quadmodum
paulus circumcidit Thimoteum
/ quo scandalo cessante ad praxim
Christi ectia conuersa quippe ad vsū
vnius speciei Si quis ad istum vsum
ectiam reduxerit queras / Interrogo et
ego / quis in primitiua ectia p'mus
vsum vtriusqȝ speciei introduxit di
cas forsitan petrus & paulus / &
alius quispiam aptoꝝ / nō satis ē
dicere / onde docere ingenue debet
sunt / vnde ista accipis / & si assigna
re nō possis / nō etiam queras assi
gnem et ego tibi / quis ritu illo di
misso / ad primū a Christo institutū
reduxit ecclesiam Et reuera h' que
stio et tua et mea curiosa et preci
sus inutilis est Scimus qȝ Christus
quo pacto dixit atqȝ pbaui fecit Sci
mus & ita arbitramur / qȝ aput ali
quos ritus iste vtriusqȝ speciei in
vsu fuit Scimus postremo et vide
mus qȝ a tpe aug nrō a nd & in
com̄ vniuersalis ectia vsum vnius
speciei habuit / quid g° ad nos q re
re quis introduxit / p̄ sti ui sciam
qȝ quisqȝ ille fuerit nō perraueret
nō enim omni racō exhibere pt Alio
quin dicas michi quis p̄mus itroduxit

quod in officio ecclesiastico per unam quamvis
sacerdotem dicat Respondeo Sed ut cum
Augustino loquar quis quod in celebracione
super toto sacrificio aliqui tribus ali
qui quinque crucibus utantur Aliqui
colli sint et aliqui non simul sed divi
sim certe benediccionis tenendaque in his
consue et consuetudo ecclesie an in eis
qui ecclesie fidei minime adversa sunt
quemadmodum divine legi serviendum est
sed hoc enim propositum querebam ego
Johannes utrum non ex eius haberes
formam consecrandi talis sub ea
verborum serie quam servat ecclesia Respon
des aut tu per glosam sic Cum Mar
the de cele miss quod credendum sit
ab apostolis traditam fuisse Sed ipsi
Hemarus ille de hominibus dicit testem
deum invoco hoc ut ille Terencius
aut plus milies audivi sed ipsi
etiam scripti Thomas dicit et omnes sed
non est hoc quod peto Nam peto et
ab illis omnibus et a te pariter quo
nam pacto scitis quod ista verborum
series sit ab apostolis introducta
quis hoc vobis dixit somniastis ne
hoc aliqui vel revelacionem habuistis
ut tu vos sic urgeam dicatis Con
suetudo ecclesie universalis que errare
non potest hoc a tempore apostolorum tenuit atque
tenet cui ego versioni contradicere
nolim Vera et sancta et catholica
est Sic ergo si queris quis intro
duxit hanc vel illam praximam
bitior aliquis sanctorum patrum in
matius consilio suorum Sic ...
sum queras quemadmodum hoc sus
cipiendo, quia consuetudo ecclesie hoc habet
et servat, que sancta est, et cui omnes
obedire tenentur ut aut bene sing...
ad Casulam et c. textus elegantis
in c. ecclesiasticorum ecclesiasticorum
et in c. consuetudinem, atque c in his
rebus d. x. Hoc cum dictamen
venit ad me unus neque indoctus vir
neque cui fides merito non deberet
adhiberi, quesivit a me quonam
scriberem Ego vero illi quem dig
nus erat rem totam aperui sic

ille mox/ super vacuo inquit labore
fatigaris sed quam ego /quam
ob rem/ at ille quia Rokyczana
iste non credit esse corpus Christi
sanguinemque sub speciebus in altari
/permanentiam enim substancie panis
atque vini/ licet non palam clam
tamen profitetur Cumque ego istum
increpitacionem ne talia diceret/
mecum cum ego sum quod tu me coram
me ingenue confessus fuisti ve
ritatem sacramenti et dixisti etiam
super hoc disputasse te adversum
Thaboritas sile, semel inquit cum
omnes sacerdotes prage coram se
natu pragensi super re ista convenis
sent omnes quod fidem sancte Roma
ne ecclesie profitentur iste solus elu
tatus est dicens Nullum esse sa
cerdotum qui eam fidem umquam te
nuisset vel docuisset Addidit hec
causa est ob quam dicat vos Roma
nos medium tantum sacramentum plebi mini
strare Non credit eam ipsam rem
que sub specie panis continetur
sub specie vini contineri sed aliam
et aliam quippe substanciam ubi panis
hic vero vini hec si vera sunt
Rokyczane, fateor verum iste dixit
vano labore per vias per quos hoffi
cia et impolita disputacia fatiga
tus sum sed erat michi in celo
merces de hoc inter nos agi co
lumpsi sed hoc respondere volui
verum voluissem tamen michi tempus
esse, ut pergam omnino plane nichil
me finxisse quod tecum disputavi
inquirendum et a te ego cum tu ali
qua finxeris, finxisti sane michi
et pace tua plurima fingis in
dies et in horas, quibus simpli
cem istam plebem bohemicam
devotam, et bonarum rerum avida
sub specie magne cuiusdam religio
nis decipis Oro te non ad iniuriam
suscipias quod ita dicam Nam perso
nam tuam cupio ego diligere, a
mare, venerari atque utinam
tu ille esses quem veluti patrem

obseruare bona cum costra possem
/ sed errores detestor tuos / hos
increpo / hos vitupero / hos decep
tores voco / quibus forsitan primum
tu ipse deceptus / alios decipis / de
quibus quia in presencia tecum non
possem agere ex eo quod properemus ad
poloniam prussiam quod vrgentibus nos
apostolica mandata scribam ad te
ex via et aperiam omnia que me in
te offendunt / non sunt pauca nec
certe contempnenda Interea queso
hec pauca lege et rumina et ma
ture pensa / depone autem passio
nem non te pudeat senex addiscere
memineris Augustini qui dum
suos actus scriptis regeret a minimo
eciam quomodo paratus erat edoceri
O si velles veritatem intelligere
aut forsitan intellectam confiteri
O si huic inclito regno velles
tandem misereri / quam magnam ti
bi ac postrema etate tua coram
deo et hominibus gloriam prepararetis /
sed hec tu videris si michi aliquid
respondere velis / si quia aliter non
possumus vel per litteras . cum hiis meum
conferre Est hic Anthonius vir
probus / magister monetarum regni hungarie
monetarum et mittarum honestarum
artium peritus / quem et ipse nosti optime
cui litteras consignabis ipse vero mit
tat eas in Wratislaviam ad Albertum
Schewertim probum itidem virum commenda
tum quod in mercatorem qui omnes ad me
mittat per hunc quod modum ego ad te
litteras dabo Illa omnia facturus sum
quod dixi quippe et cum eandem contentis
ficcionibus et decepcionibus plebs
ista cui plurimum compacior seducta
sit Volo quod istam esse primam
nostre disputacionis partem illa
vero secundam De prima ergo satis
dicta sunt tanta

ffinis adest feliciter per me Sta
nislaum de Jaroslaw sabbato
in die sanctorum ffelicis et
adaucti Anno incarnacionis domini
1 · 4 · 5 · 5 · Deo gracias

[illegible]

clemetissime tu corda nr̃a pos
sit ut tibi laudes debitas red
damus omni tpe S la In festis ad pri & ad matutinas

ter tie rex al tissime

ermone blando angelus p

Dixit mulieribus in galylea dns

ille du

mit ia

